






AVREA HYMNORVM

totius anni expoſitio diligentiſſime recog
nitorũ una cũ textu: & annotationibus ſuis
locis appoſitis: multiſq; elucidatiõibus aliis.
Necnõ familiaris in ꝓprios ſanctorũ
hymnos qui in priori uolumine deſi
derabãtur animaduerſio: edita
& nuper aucta per Petrum
nuñez Delgado preſby
terũ & in ſtudio Hiſ
palenſi Cathe
drarium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

¶ Admodum Reuerendo Domino. D. Hieronymo pinello
almæ Eccleſiæ Hiſpalenſis Scolaſtico: Canonicoq; meritiſſimo: acade-
miæq; noſtræ præſuli digniſſimo: Petrus Nuñez Delgado preſby-
ter. S. D.

ET ſi quotidianis laboribus inuolutus tam
ſacerdotalis dignitatis quam profeſſionis uix ſa-
tis ocium temporiſq; inter capedinem ſtudio ſup-
peditare queam: admodum obſeruande pater &
domine: tamen recuſare non potui: quin amicis &
plæriſq; diſcipulis aſſidue efflagitantibus: huic uo-
lumini hymnorum (qui ante hac in Scholis lege-
bantur) adderem proprios ſanctorum Hymnos.
Verum hoc prius rei perſonarumq; ratione habita: honeſtũ immo piũ
eſſe deprehendi: abſonumq; in tam iuſto & inconducibili officio ſuper-
M. cicero ſedendum: quando quidem in dialogo lelii. M. Cicero amicis iuſta pe-
Amicis i- tentibus concedere iubet. Quamobrem pater optime Breuiatio Hiſpa
ſtat peten lenſi ad amuſſim conſiderato: offendi quoſdam proprios hymnos ſan
tibus cõce ctorum ſanctarumq;: quos uniuerſa approbat eccleſia. Et eos neceſſa-
dendum. rios ſcholipetarum cetui attendens (qui ſic litteras colere debent: ut ſæ-
Apoſtol⁹. cularibus non ſe omnino dedant: quippe dicente apoſtolo) colloquia
praua corrumpunt bonos mores: & religionis obliuiſcantur ueluti eth
nici. Maximæ cum noſtræ delitiæ ſint in lege dei meditari die ac nocte
Hierony- (ut inquit Hieronymus) undiq; compilaui: & coadunatos Impreſſori-
mus. bus tradendos eſſe optimum duxi. Quorum materiam: carminiſq; etiã
qualitatem (propoſſe) diſcernens: ſub ſanctæ matris eccleſiæ & docto-
rum correctione quaſdam enarratiunculas eis. i. uerborum ordinẽ ad-
didi: quibus planior pueris patefieret ingreſſus: nouiſq; litterariæ pale-
ſtræ didaſcalis. & quibuſdam preſbyteris (ſi qui ſint) qui ſine ſcientia per
inde ac mechanico tam ineffabili ſacerdotii fungantur munere: forte
quæ ignorant ſpernentes: negligenteſq; ut ita dicam (ſalua. R. ſacerdo
tali) bonis artibus excolere uitam. Quę ẽm obſecro (ut eidem Hierony
mo placet) poteſt eſſe uita ſine ſcientia ſcripturarum? O pudor ſi nec cõ
Iuuenal. ſilium dedere ſylle nec (quod peius eſt) manum ferule ſubduxere. ut Iu-
Sciẽtia ẽ uenalis ait. & cum ſcientia ſit nobilis poſſeſſio: Seneca referente: praue
nobil' poſ- neſcire quam diſcere mallunt ut feſtiuus Horatius autumat. Addidi p̃-
ſeſſio. terea uerborũ ordinem hymne ſacræ ſolemnitatis corporis Chriſti: &
Seneca. ad ſuũ reduxi locũ cum quibuſdam aliis qui legentis oculos non facile
Horatius. pertranſibũt. Hunc igitur laborem (ſi quis fuit) neutiquã ex opere alie-
no laudem acquirens: placidiſſime magnanimeq; præſul tibi præcipue
optimorũ nobiliſſimo & nobiliũ optimo (ut tutius exiret) offerre cura-
ui tueq; cenſuræ ſuppoſui in monumentũ dumtaxat & pignus amoris.

Digitized by Google

Si enim quantũ me tua uirtus hortatur: tantas mihi uires eloquentiæ ꝓſtaret:& ſi non quibus dignus es:te tamen quibus poſſem laudibus ꝓſequeret:ꝓſequarq̧ mea rubiginoſa lingua:dũ uita manebit:ſpirituſq̧ hos rexerit artus. Cum aũt mei muneris ſit:qua poſſum minerua diſcẽtibus ſubuenire:nõ me obſecro perperã alia quauis paſſione ductũ id feciſſe credas:ut ſciolus uideter.ego eñ nõ ſolũ cuipiam me non ꝓpono: ſed nec æquipero quidem.at ſi me talis flexerit amor:eſt in manib⁹ maioris emolumenti opus:cui ſit incumbendum. Accipito,ergo tu qui ingenuas artes colis & earum ſtudioſos foues:tantulã hãc ingenioli mei elucubrationem:fœlici nomini tuo dedicatam:hilariq̧ uultu ſuſcipias quæſo:quod ſi facis(ut ſpero & opto)id preſtabis:quod tui muneris eſt: & me ad maiora hac tua humanitate concitabis. Vale.

¶ Ad eundem præſulem digniſſimum eiuſdem Petri nuñez Delgado preſbyteri epigramma.

PArce p̄cor facimus placide p̄conia fame
Materia eſt marte clarior iſta meo:
Nam tu noĩbus cũ ſis generoſus auorum:
Iam ſuperas animi nobilitate genus.
Viuit in ingenio magne facũdia lingue.
Omnibus in rebus:cognita cauſa tibi.
O merito ſtudii rector:dicende paterq̧:
Moribus & uita:religione fide.
Tu uirtute cato:& magnus pompeius honore:
Letitiam multis:inuidiamq̧ moues.
Solus es in terris rigidi ſeruator honeſti.
Te penes eſt templi norma ſeuera dei.
Et maiora tamen certe his maiora tenebis.
Optime cardineos inter habende uiros.
Quod tibi(nec fallor)nimium ſperare licebit
Officio cunctos uincis in orbe uiros.
Hinc te quiſq̧ colit.ueneratur.honorat.amatq̧.
Letatur meritis Hiſpalis alta tuis.
Quis tamen innumeras poterit perſtringere laudes
Cum tua ſit ſuperis gloria iuncta choris.
Propterea famuli quæ ſat tibi nota uoluntas
Prona petit parcas(ſic precor)ingenio.
Reſtat ut antiqui ſuperes bene neſtoris annos
Siſq̧ memor noſtri lætus ubiq̧ uale.

Digitized by Google



Liber iſte dicitur hymnorum hymnus dicit̃ laus dei cum cantico. Quattuor fuerunt principales auctores
Auctores hymnorũ quattuor. qui hymnos compoſuerunt ſcʒ Gregorius. Prudentius. Ambroſius. Sedulius. Sed quidam vir prudens nomine Hilarius videns illos multos hymnos compoſuiſſe: dignum duxit quoſdam in vnum colligere: ⁊ compendioſe componere breuem ⁊ vtilem tractatum: in quo omnes hymni vtiliores maxime eſſent. Prima intentio fuit deſcribere illos qui cantantur in prima feria: ⁊ ſic deinceps ſecundum ordinem Utilitas maxima eſt: vt perlecto libro cognitionem habeamus vnitatis ⁊ trinitatis. Supponitur theorice ideſt diuine contemplationi. Sed quia mentionem fecimus de feria. Uideamus quid ſit feria.

Feria q̃d. Feria eſt ſolemnis dies. Beatus enim Silueſter videns Hebreos dicentes. prima ſabbati. ſecunda ſabbati. ⁊ ſic deinceps. Similiter videns Gentiles nomina ſuorum deorum vel ſtellarum poſuiſſe: vt dies Lune: dies Martis ⁊c. Noluit imitari mores ⁊ ſectam eorum: ſcilicet Hebreorum ⁊ Gentilium. ſed loco huius inuenit hoc nomen feria. ⁊ in fine ſeptimane ſeruauit ſabbatum quod fecit ad figuram: quia ſabbatum interp̃tatur requies. Et nos per totam hebdomadam. i. per totum ſpacium vite noſtre quod currit ſpacio ſeptem dierum debemus laborare ⁊ niti ſummo conamine: vt perueniamus ad requiem ⁊ ad eternam beatitudinem.

Hymnorum materia a tempore. ¶ Unuſquiſq; hymnus habet ſuã materiam. In illis qui ſunt de nocte accipit materiam ipſum tempus. ideſt ſignificationeʒ ipſius temporis: ſcilicet vt expellat a nobis tenebras ignorantie ⁊ viciorum: ⁊ informet nos virtutibus ⁊ ſancti ſpũs charitate. In illis vero qui ſunt de die accipit materiam ipſum lumen ⁊ vult deprecari deum vt quemadmodum illuminat nos ſua charitate ⁊ ſplendore ſolis in corpore: ſic illuminet nos ſancti ſpiritus gratia in mente. Amen. ¶ Materia huius hymni eſt commendatio Dominici diei: ⁊ commendat eum per partes. He ſunt partes q̃ mundus fuit conditus eodem die quo Chriſtus reſurrexit. ⁊ per hanc commendationem beatus Gregorius vult ob dominici diei apicem monere nos ob honorem ipſius: de lecto mane ſurgere ⁊ deum que-
Quare dies dñic⁹ dr primus. ⁊c. rere. Dominicus dies merito ⁊ cum diſcretione omnium dierum primus dicitur: quia dicitur primus reſpectu omnium creaturarum. Tertius dicitur reſpectu Reſurrectionis domini: quia tertia die Reſurrexit. Octauus dicitur reſpectu octaui diei: quia in octaua die omnes reſurgere debemus ad eternam vitam. Et ideo queramus in Dominico die quo Chriſtus reſurrexit ipſum Chriſtum vt a morte vitiorum ad vitam ⁊ gaudium ſempiternum reſurgamus in die Judicij quo Bona bonis: Mala malis reddentur. Deſcenſus fiat ad litteram. Ego dico dominicum diem maiorem eſſe aliis omnibus: quia mundus fuit conditus et Chriſtus reſurrexit eodem die. Ergo habet primatum ſuper alios dies: ergo maior eſt aliis diebus. Locus eſt a partibus ſufficienter enumeratis. vel appoſitione antecedentis.

Feria vñ.
Dies feriati.
Salustius
Feria. as.
Ferior. ari

Additio. Ferie ne te lateat lector: a feriendis victimis dicte ſunt dies ceſſationum ab opere ⁊ a ferijs dies feſti feriati dicitur in quibus a labore ceſſabant antiqui: vt videre eſt apud Saluſtium in declamatione porla. Quo die inquit ciuitas omnis feriata publico edicto. i. a labore in ocio tracta. Uel dicte ſunt a ferendis epulis: in quibus epule fiebant ⁊ romani ab omni opere ceſſantes: agebant letos cõuiuas: ⁊ dies feſtos. Unde eſt ferio. as. ⁊ ferior. aris. deponens. quod eſt vacare. Et quia ne iudaiʒaremus ſabbato eccleſia operandum inſtituit. ita ne gentiles imitemur in eorum ferijs operamur. Noſtra autem propria feria ſit dies dominica: in qua etiam operandum nobis eſt: nam eccleſia id ſolum operari vocat quod in rebus diuinis fit. operamini inquit per Joan. vj. non cibum qui perijt ſed qui permanet in vitam eternam ⁊c. Diem autem lune vocam⁹ feriam ſecũdam. ideſt ſecundam lucem a feria noſtra propria hoc eſt a dominica die ⁊ diẽ martis terciam ⁊ ſic de ceteris. vt merito noſtri ferias appellent dies operi mechanico additos ⁊ ſic
Hymnus. per antiphraſin dicamus ferialia quaſi minus feſtiua. Hymnus autem ab hymnos greco nomine deſcendit. ⁊ interpretatur laus dei cum cantico. alias non erit hymnus inde hymnetes cantor. hos primum dauid compoſuit.

Digitized by Google

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum archilochiũ monocolon orthometrũ. Quod canitur ad horas noctur/nas certis quibuſdam diebus dñicis. Hortatur chriſti fideles: ut excuſſo torpore ſomni ſurgant petituri admiſſi peccati ueniam & futuri pſeruationẽ & immortalis uitæ beatitudinẽ.

Primo dierũ omniũ
Quo mũdus extat cõditus:
Vel quo reſurgẽs cõditor.
Nos morte uicta liberat.

O fratres oẽs ſurgamus in pmo dierũ oim.i.in dñica die (ocius).i.citius q̃ȝ in alijs diebus (quo).ſ.dñico die.(mundꝰ extat ↄditus).i.factus (vel) ꝓ ⁊ (quo die) conditor.i.creator oim creaturarũ exiſtẽs vita noſtra ſed ſcdm aplm reſurgens a morte (nos liberat) ab inferno vel a poteſtate diaboli. Surgamus) dico a nr̃is torporibus ideſt a pctis ⁊ vitijs.⁊ nõ ſolummodo ſurgamꝰ ſed q̃ramus p obſeruationeȝ mandatoꝝ (piũ).i. deum in hac nocte.(ſicut nouimus ꝓphetã) dauid deum queſiſſe ſicut ipſe ait. ps.cxviij. Media nocte ſurgebã ad ↄfitendum tibi ⁊c. iterum ps.vj. Lauabo p ſingulas noctes ⁊c. Unde in homilia bt̃i Gregorij legit̃ de quodam qui poſtq̃ȝ aliquantulum ſoporis corpori ſuo dediſſet extra mediã noctẽ ſurgebat et vigilans p orabat: qui tãdiu hoc fecit donec facta eſt vox de celo a dño dicens. Peccatum tuũ dimiſſum eſt tibi. ¶ Ocius ⁊ ociſſime aduerbia ſunt cõparationis ſine poſitiuo latino: ſed exeunt ab ocis grece vnde etiam eſt ociter ꝓ cito q̃ȝ prompte. — *Gregoriꝰ. Ocius. Ociſſime. Ociter.*

¶ Pulſis procul torporibus
Surgamus omnes ocius:
Et nocte queramus pium
Sicut prophetam nouimus.

¶ Noſtras preces ut audiat
Suamq; dexteram porrigat:
Vt expiatos ſordibus
Reddat polorum ſedibus.

Surgamus inq̃ȝ ⁊ q̃ramus piũ (vt audiat nr̃as p̃ces) i.orones ꝓ vitãdis vitijs et q̃rendis ṽtutibus ⁊ (porrigat ſuã dextrã) .i. auxiliũ (vt nos expiatos).i.abſolutos ⁊ purgatos (ſordibus).i.a vitijs vel a ſordibꝰ viciorum reddat ſedibus poloꝝ.i.celoꝝ ⁊ ãgeloꝝ ideſt ponat nos in celo.

¶ Vt quiq; ſacratiſſimo
Huius diei tempore:
Horis quietis pſallimus
Donis beatis muneret.

Reddat inq̃ȝ nos poloꝝ ſedibꝰ vt muneret ſupple nos (beatis donis).i.donis celeſtibus (quiq;).i.quicunq; (pſallimus).i.canimus ei ſ.dño (quietis hor).i.horis noctis (in ſacratiſſimo tempore) quo chriſtꝰ reſurrexit (tempore) dico huius diei ſcilicet dominice vel muneret in ſacratiſſimo tempore huius diei.i.in die iudicij qui dicitur ſacratus: q2 ibi bona bonis: mala malis reddentur. Sed quia ſuperiora per nos habere nequimus: vertit ſe nunc ad filium ⁊ monet nos ꝙ precemur ipſum quatinus omnis libido. omnis macula et alia mala facta a nobis remoueantur.

¶ Iam nunc paterna claritas
Te poſtulamus afatim:
Abſit libido ſordidans
Omniſq; actus noxius.

Iam poſtulamus te nunc. o paterna claritas (afatim) ideſt abundanter (vt libido) ideſt luxuria ⁊ mala concupiſcentia libido dico (ſordidans) corpora noſtra (⁊ omnis actus noxius) ideſt nociuus ideſt omne malum opus (abſit) ideſt longe ſit remotum ne animatum corpus ſordeſcat. Afatim aliquãdo cum vnico f.ſcribitur.⁊ eſt compoſitum ex a ⁊ fabile quaſi abunde ⁊ non dicibiliter ſignificet.⁊ correpta antepenultima.ſi vero ſcribatur cum duplici.ff.ſignificat facunde.⁊ antepenultima producit. — *Afatim. Affatim.*

Et ideo te poſtulamus(ne feda ſit)ideſt ſordibus plena (vel lubrica) ideſt labilis ad luxuriam(compago noſtri corpis)ideſt coniunctio noſtri corpis ⁊ anime:que tunc dicitur fe la quando caro pꝫeſt virtuti.⁊ ratio eſt pulchra quando pdominatur corpi.vel deprecemur vt caro ſubeat menti(per quam)ſcilicet compaginem(crememur) anima ⁊ corpe id eſt cruciemur(acrius)ideſt valde acriter(ignibus)ideſt doloribus(auerni)ideſt inferni. Auernus dicitur ab a quod eſt ſine ⁊ ver veris quod eſt delectatio quaſi ſine vere ideſt

Auernus vñ ⁊ dd. ſine delectatione. Auernus eſt locus in inferno vbi eſt ſemp ignis:i quo impii cremabũt q in hac vita p immundiciam exarſerunt.

Strabo. Additio. Auernus. Strabo.lib.v.contiguus baiis lucrinus adeſt ſinꝰ intra quem auernus eſt:⁊ dicitur quaſi ſine auibus hoc eſt auibus in acceſſus ob grauitatem odoris teſtis eſt.

Seruius. Seruius ſup.vi.eneidos. Ubi autem eſt(p quam auerni ignibus.) poteris dicere p qđ.ſ.corpꝰ.⁊ ego vidi textũ.

Ne feda ſit uel lubrica
Compago noſtri corporis
Per quam auerni ignibus
Ipſi crememur acrius.

Et qꝛ timemꝰ ne ignibus crememur o (redemptor queſumus)ideſt rogamus ⁊ cũ deſiderio qrimus(ob hoc) ideſt propter hoc (vt diluas noſtra probra)ideſt peccata que pbrant ideſt vituperant ⁊ maculant animam ⁊ corpus(⁊ conferas).i.ↄcedas(nobis cõmoda).i.vtilia ppetua(pẽnis vite).i.eterne glie.

Ob hoc redemptor queſumus
Vt probra noſtra diluas:
Vitæ perennis commoda
Nobis benigne conferas.

Quo),p vt(exules)nos pegrini a celeſti patria(actu).i.opatione carnis quemadmodum qui eſt alienus a patria dicitur exul ⁊ pegrinus ideſt longe remotus a patria:ſic ⁊ nos p opa vitioſa ⁊ pcta efficimur exules a celeſti pria(nos ipſi effecti).i.facti(celibes).i.vitam virtuoſam ⁊ celeſtẽ ducẽtes (vt pſtolamur).i.expectamus ⁊ ſperamus(nos inqꝫ cernui).i.inclinati ⁊ oculos ſurſum tenentes ad dñm(canamus).i.pferamus(melos).i.cantũ ore ⁊ corde(glorie).i.ad honorem tue laudis. Bene eñi cantant qui a bonis operibus non ceſſant.

Quo carnis actu exules
Effeciti ipſi celibes:
Vt præſtolamur cernui
Melos canamus gloriæ.

O piiſſime q piaſti.i.mũdaſti nos a vitiis(pater).i.o creator ⁊ auctor omnium rex ⁊(o vnice)ideſt chriſti fili dei viui vnice dico (compar)ideſt equalis ſecundum diuinitatẽ (patri)ideſt omnipotenti:in pugillo celum ⁊ terram continenti(tu dico regnãs cum ſpiritu paraclyto)ideſt conſolatore(p omne ſeculum).i.ante oĩa ſecula(pſta).i.dona nobis ea que ſupra orauimus (amen).i.ſine fine ⁊ ſine defectu.i.ſine initio ⁊ ſine fine.

Præſta pater piiſſime
Patriqꝫ compar unice:
Cum ſpiritu paraclyto
Regnans per omne ſeculũ. Amẽ.

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas certis quibuſdã diebus dñicis. Et quia luce aduentante gallus canit:alludẽs ad illud qđ ieſus poſt tertiũ gallicantũ petrũ reſpexit:condonationẽ peccatorũ precatur.

Materia huiꝰ hymni eſt cõmẽdatio ⁊ laudatio altiſſimi dei oĩm ↄditoris q釐ternꝰ

Eternum perpetuũ. Sẽpiternũ. Tpale. differunt. eſt.i.ſine initio ⁊ fine. Et diſtingue qđ diſtat inter eternũ ppetuũ ſempiternũ tpale. Eternũ eſt qđ caret pncipio ⁊ fine vt deꝰ. Perpetuũ habet pncipiũ cũ tpe ⁊ nõ habebit finem : vt aĩa. Sẽpiternũ eſt qđ nec habuit pncipiũ ſub tpe nec habebit finẽ ſicut eternũ. Tpale eſt qđ incipit cũ tpe ⁊ habet finẽ : vt corpus nrm.

ETernæ rerum conditor
Noctẽ diem qꝫ qui regis
Et temporum das tẽpora
Vt aleues faſtidium.

Cõditor Cõſtrue.(Eterne rerũ cõditor).i.factor. Cõditor nomẽ eſt verbale a cõdo qđ cõponit a co

Digitized by Google

qđ ꝓprie ſignificat abſcōdo q̄ſi in vnū interiorē locū do. Verg. Scandit rurſus equū: ⁊ no Vergilius
ta cōdunt in aluo. Ponit tñ aliqñ pro cōſtruo q̄ſi ſimul do. Saluſtius. Urbē romā: ſicuti Saluſtius
ego accepi cōdidere atq; initio habuere troiani. Significat etiā repono. Pli. Fornice cō Plinius.
dunt eſtate fructus quibꝰ hyeme fruātur. Ponit etiā pro cōpono. idē Pli. Opus cōdidit
ꝑpetuo oībus legendū. Aliqñ etiā pro recōdo ac ſepelio: vnde ſepulchꝛū cōditoriū appella
tur. Pli. Poſt conditū monumēto corpus. Idē. Tam rara in amicis fides tā parata obli
uio mortuoꝝ vt ipſi nobis debeamus conditoria cōſtruere omniaq; heredū officio ꝓſume-
re. A cōdo dicit̄ cōditio ⁊ ſcribitur ſine. c. q̄ eſt quedā diſpoſitio ⁊ veluti ſors fortunarū tē- Conditio
poꝝ ⁊ etiā rerū. Cicero. O miſerā ꝯditionē adminiſtrādi ꝯſulatus. Aureliꝰ. Ea tēpoꝝ ꝯdi- Cicero
tio erat vt ne cōqueri q̄dē de iniurijs fas eſſet (qui regis). i. diſponis ⁊ gubernas (noctē). i. Aurelius
pctōrē vel diabolū (⁊ qui regis diē). i. iuſtū (⁊ das tpa). i. diuerſitates (tēpoꝝ). i. ſpacioꝝ huiꝰ
vite (vt alleues faſtidiū). i. remoueas laborē nr̄m. Faſtidiū a v̄bo faſtidio faſtidis deriuat̄ Faſtidiū.
qđ ſignificat cū faſtu quodā cōtēno. faſtus em̄ ſignificat ſupbiā ſiue elationē cū quadā ia- Faſtus.
cātia v̄boꝝ ⁊ eſt quarte declinationis. faſtus aūt ſcđe declinatiōis eſt liber faſtoꝝ. Eterni
dei ſapiētia vt hoīs ſubleuaret faſtidia tēpora mira delectatione variauit. Nā ſi ſemꝑ nox Annus q̄
eſſet homo deficeret ⁊ periret torpore ⁊ inertia ꝓpter tenebras: ⁊ ſi ſemꝑ dies eſſet miſer re. iiij. tē-
homo nimis laboris ſtudio affectus etiā periret. Et ideo dñs miſertus noſtri: diei ⁊ noctis poribꝰ con
ſpacium poſuit ⁊ eternū ⁊ tēporibus tēpora dedit ſubeuntia. Et nota q̄ quēadmodum an- ſtat.
ni ſunt quattuor partes vel q̄ttuor tēpora: eodē modo homo cōſtat ex quattuor elemētis. Hō. iiij.
elementis conſtat.

¶ Preco diei iam ſonat
Noctis profunde peruigil.
Nocturna lux uiantibus
A nocte noctem ſegregans.

(Preco diei). i. ioannes (vel ꝓco diei). i. xpi (iā ſonat). i. nūciat (diē). i. chꝛiſtū (preco diei ꝑuigil noctis ꝓfunde). i. inferni ꝓfundi (nocturna lux). ſ. ioānes qui ante lucē ſurrexit vt luceret hoībus qui erāt in tenebris huius mūdi (viātibus). i. volētibus ire ad xp̄m (eſt ſegregās noctē a nocte). i. petrū a pctōre: q: quos vult aſſumit. quos vult in ſuo ſinit errore. Uel aliter ꝯſtrue. (Preco). i. dñs noſter qui eſt premiſſus (diei). i. patris (iam ſonat). i. manifeſtat euangelicā predicationē per predicatores ſuos ipſe preco (ꝑuigil). i. cognoſcēs (noctis ꝓfunde) culpā ⁊ (nocturna lux) ſupple lucet (viantibus). i. ꝑſens eccleſia q̄ lucet in huius mūdi tenebris. ⁊ (ſegregās noctē). i. diſcernēs vnāquamq; animā peccatricem agentē penitentiā de cōmiſſis (a nocte). i. ab illa peccatrice anima que ex toto corde deum reliquit ita q̄ vult eam venire non ad penitentiam.

¶ Hoc excitatus lucifer
Soluit polum caligine.
Hoc omnis errorum chorus
Viam nocendi deſerit.

(Hoc excitatꝰ lucifer). i. quo dño ꝑdicāte vel ioāne (lucifer). i. verꝰ ꝑdicator lucē diuine grē̄ ferēs alijs (excitatꝰ īnq̄ ſoluit polū caligine). i. aīam fidelē ab oī nigredine viciorū: ⁊ (hoc oīs chorus erroꝝ). i. exercitꝰ maligni diaboli (deſerit). i. relinq̄t. Deſero enim eſt Deſero.
idē qđ relinquo q̄ſi nō ampliꝰ hereo. Terēti. Terētius
Si deſeris nos tu. ꝑimꝰ. Hinc deſertū locū appellamꝰ īhabitatū q̄ſi ab hoīb̄ꝰ derelictū (viā Deſertus
nocēdi). ſ. ieſu excitāte. ⁊ pctōr currit ad portū. i. ad xp̄z vt ibi redeſcat. ⁊ vires bone opatio
nis reſumat. ⁊ ꝓcone canēte oīs deceptio diaboli vl̄ exercitꝰ eiꝰ. Uel chorꝰ. i. cōuēticulꝰ erro
rū. i. hereticoꝝ deſerit viā ſuā. i. maledictā ſectā (nocēdi). i. faciēdi alijs nocumētū vel īpedi-
mētū. Etiā corus aliqñ eſt vētus flans aduerſus aq̄lonē qui a grecis vocat̄ argeſtes ſine. h. Corus vē
tus.

Sicut nauta pre nimio dolore noctis fatigatꝰ rēdit ad portū vt ibi recoligat vires aliq̄ntulū redeſcēs: ſic aīa fatigata ī nimio labore vicioꝝ ⁊ pctōꝝ rēdit ad portū. i. ad xp̄z ꝑ ꝯfeſſionē vt ibi redeſcat ⁊ vires bone opatio mat. xxvj.
nis recolligat. Cōſtrue. (Nauta). i. nauis ductor (colligit vires). i. v̄tutes (hoc). ſ. deo (q̄) ꝑ ⁊. i. ꝑo xp̄o (freta). i. ebulitiōes vicioꝝ (pōti). i. huiꝰ mūd. (miteſcūt). i. māſueſcūt. ⁊ hoc. ſ. ꝑ xp̄m (ipſa petra eccl'ie) i. petrꝰ q̄ eſt fundamētū eccleſie (diluit canēdo). i. flendo penitēdo (culpā) trine negatiōis: q: ter negauit dñm.

¶ Hoc nauta uires colligit
Pontiq; miteſcunt freta:
Hoc ipſa petra eccleſie
Canente culpam diluit.

Et q: gallus) ideſt chriſtus vel predicator nos excitat ad bene agendum (ſurgamus) ſcilicet a peccatis (ſtrennue) ideſt feſtinanter (gallus excitat) ideſt commouet ad penitentiam (iacentes) ideſt in peccato lapſos vel exiſtentes. et (gallus increpat) ideſt redarguit (ſomnolentos) ideſt in peccatis permanētes: q: ſicut ille qui dormit vagus ꝛ ineptus ē ad omne opus: ſic anima in peccatis manens inanis efficitur deo. ꝛ (gallus arguit). i. reprehendit (negantes) ideſt nolentes ſurgere de peccatis.

Surgamus ergo ſtrennue
Gallus iacentes excitat:
Et ſomnolentos increpat
Gallus negantes arguit.

Gallo canente) ideſt ꝑdicatore ꝑdicāte (ſpes redit). i. fiducia recuperandi ſalutē redditur (ꝛ ſalus) ideſt vita eterna (refunditur) ideſt largitur per penitentiam (egris) ideſt peccatoribus (mucro latronis cōditur) ideſt inſidie diaboli que vt mucro cedſit homines ꝛ cruciant aīam eternaliter. ꝛ ſic gallo canēte fides lapſis reuertitur.

Gallo canente ſpes redit
Egris ſalus refunditur:
Múcro latronis conditur:
Lapſis fides reuertitur.

Et quoniam gallo canente ſpes redit. o ieſu ſaluator mundi (reſpice) ſcilicet miſericordia tua (labentes) in peccatis (ꝛ nos vidēdo) ideſt miſerendo (corrige) ideſt caſtiga nos (ſi reſpicis) ideſt ſi miſereris (lapſos) ideſt labētes qui a peccatis reſurgent (peccata cadūt) ideſt delentur (q;) pro ꝛ (culpa) ideſt peccatum (ſoluitur) ideſt purgatur (fletu) ideſt lachrymarum gemitu.

Ieſu labentes reſpice
Et nos uidendo corrige
Si reſpicis: lapſi ſtabūt
Fletuq; culpa ſoluitur.

Additio. Fletuq; culpa ſoluit. melius diceret fletuq; culpa vertitur ideſt commutatur in veniam.

Et peccata cadunt (ſi reſpicis) ideſt remittunt ideo. (O tu lux) ideſt o tu chriſte qui es lux mūdi Joānis ꝑmo. illuminās noſtras mētes (refulge ſenſib⁹). i. illumina nr̄as mentes (ꝛ diſcute). i. remoue (ſomnū mētis). i. peccatum ꝛ torporem noſtrum: ꝛ hoc ad honorē tuum ſcilicet (vt noſtra vox ſonet) ideſt laudet (te) ideſt nomen tuum: (o chriſte primum) ideſt maxime (ꝛ pſallamus) ideſt applaudam⁹ (ore) ſcilicet voce ꝛ corde (tibi) ſcilicet ad honorem tui.

Tu lux refulge ſenſibus
Mentiſq; ſomnū diſcute:
Te noſtra uox primū ſonet
Et ore pſallamus tibi.

Carmen eſt ſapphicum endecaſyllabum orthometrum monocholon tetraſtophō. Canitur ad horas nocturnas certis quibuſdam diebus dominicis. Hortatur chriſtianos ad laudes diuinas ut conſequantur uitam æternam.

In hoc hymno nos hortādo admonet Gregorius: vt quādiu in hoc mundo laboramus ne nocti ideſt petō ſubditi ſimus. ſed cū omni ſtudio ꝓ executiōe bonorum operum vigilemus: quia ſi vigilia nr̄a ſoli deo intendendo fuerit prouida ad aures dei ꝓculdubio perueniet. Materia hui⁹ hymni eſt laudatio nominis dei ꝛ ipſi totius viribus decātare laudes ꝛ hymn⁹. intētio vt ſurgam⁹ de vitiis ꝛ adhereamus vtutibus. Diſtingamus ergo ſic (O frēs nos omnes ſurgētes nocte).

NOcte ſurgentes uigilemus omnes
Semper in pſalmis meditemur atq;
Viribus totis domino canamus
Dulciter hymnos.

Digitized by Google

ideſt de peccato (vigilemus).i.pſeueremus in dei laude(ſemp).i.ſine fine (in pſalmis).i.in
bonis opibus(meditemur).i.pſeuerem⁹ vigilãdo(ꝛ canam⁹).i.pſoluam⁹(dño).i.ſaluatori
nr̃o(pulcriter).i.ſuauiter(hymnos).i.laudes.ſ.(totis virib⁹).i.aio ꝛ corpe. Uigilare eni᷑ de-
bem⁹ ſine fine:qꝛ neſcim⁹ qñ veniet dñs an mane:an ſero:an media nocte. Nocte dixit qꝛ
de nocte venit dominus.ſ.nubibus.i.in velamine carnis qui fuit quaſi nox quando incar
natus fuit de btã vgine:qꝛ deitas latebat in carne.ꝛ ideo nocte.i.in hac preſenti vita:vigi-
lare debemus:ꝛ non tota nocte dormire qꝛ in nocte venit dñs. Unde dr̃. Uigilate qꝛ neſci- Mat.xxv
tis diem neqꝫ horã. Et ideo vigilemus in pſperis ꝛ in aduerſis:non deſinentes aut bona
opa intertumpentes ꝛ omittentes laſſemur:ſed iugiter ꝛ indefeſſe deo ſeruiamus. vnde
non qui inceperit:ſed qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem ſaluus erit. Inchoata enim virtus
non perficitur niſi ad finem perducatur.

℄ Vt pio regi pariter canentes
Cū ſuis ſanctis mereamur aulā:
Ingredi cœli:ſimul & btām
Ducere uitam.

℄ Præſtet hoc nobis deitas btā
Patris ac nati paritercꝫ ſancti
Spiritus.cuius reboat in omni.
Gloria mundo.

❧ Canam⁹ hymnos(vt nos canentes).ſ.
laudes pſoluentes(pio regi).i.xp̃o(pariter)
ideſt corpe ꝛ anima mereamur ingredi (au-
lã celi).i.regnū eterne btitudinis. Aule do-
mus dñi regis ſiue pncipium(ꝛ ducere).i.ha-
bere ſimul vitã eternã vel (btãm)ideſt purã
vel ſctãm.

❧ Dixi qꝫ debem⁹ canere pio regi:vt me-
reamur celi ingredi ianuã (ꝛ beata deitas)
ideſt deus vnus ſcilicet pater ꝛ filius ꝛ ſpiri-
tus ſctūs(preſtet).i.donet nobis (hoc).i.que
ſupra orauimus(glorie cuius).i.laus cui⁹ dei
tatis(reboat).i.reſonat. Uergili⁹. Reboant Uergili⁹.
ſiluecꝫ. Et magnus olimpus (in omni mūdo)
ideſt vbicunqꝫ vnde dr̃. Quicquid in mundo fit per ipſius fabricationem fit ſcꝫ dñi: p quē
dēū ꝛ in quo ſunt oīa. Cui ea eni illi ſoli famulãt. Celum ꝛ terrã ego implebo dicit dñs.

℄ Carmē eſt quale illud nocte reſurgentes. Cani
tur ad laudes matutinas certis quibuſdam diebus
dominicis. Chriſtianos excitat ſub lucē ut dei mi-
ſericordiam implorent.

❧ Materia huius hymni eſt miſeratio chriſti ꝛ continuatur hymno ſuperius dicto ſic
qui ſurreximus nocte ideſt de peccato cauendo. Nox deponitur ꝛ ecce dies ap propiquat:
quia ſicut ille qui gallo canente in nocturnis honeſter diſponit agere ideſt inchoat. ſic ille
qui in nocte huius mundi ad celeſtia ire deſiderat gallo canente ideſt predicatore predicã
reſurgit ꝛ iter incipit per bonam operationem. Conſtrue(Ecce vmbra).i.ignorantia vel
obſcuritas(noctis).i.diaboli (iaꝫ tenuatur).
ideſt annihilat(aurora lucis).i.xp̄e pris co-
gnitio. Aurora ab aura dr̃:qꝛ tūc aer incipit Aurora.
ſplendeſcere. Aura eni ſplendorē ſignificat.
Uergi. Diſcolor.vnde auri p ramos aura re- Uergili⁹.
fulſit. Horatius. Lua ne retardet aura mari- Horatius
tos. Hinc aur deducit ppt ſplendorē eiuſdē
metalli. Aliqñ etiã aura pro uēto ponit. Uer-
gi. At illi dulcis cōpoſitis ſpirabat crinibus
aura. Ponit etiã p afflatu ꝛ fauore. Idem.

ECce iam noctis tenuatur
umbra
Lucis aurora rutilans co-
ruſcat:
Viribus totis rogitemus omnes:
Cunctipotentem.

Nunc quoqꝫ iã nimiū gaudēs pplarib⁹ auris (rutilãs).i.ſplēdorē emittēs(coruſcat).i.ſplē-
det. Unde Uergi. Peniſqꝫ coruſcãt.i.ſplendēt. Et nota qꝫ ſicut aurora depellit noctem:ſic
xp̄s deuincit diabolū qꝛ xp̄s eſt pnceps nr̃e hūanitatis(aurora).i.xp̄s.i.qſi aureū colorē ha-
bens:qꝛ coruſcat ideo(rogitem⁹ oēs).i.depcemur. Rogitare vbū eſt freqntatiuū a rogo ro- Rogitare
gas.ꝛ ſignificat freqnter ꝛ cū attētiōe rogare(virib⁹ toti).i.cū oib⁹ virib⁹ aīe ꝛ corpis(cūcti
potentē)qꝛ oīa in ſua poteſtate ſunt.

Digitized by Google

(Vt deus noſter miſeratus nr̄i).ſ.q̄ miſendo nos redemit(pellat).i.remoueat(oēʒ lāguorē) Langor. ideſt oīne pctm. Langor ꝓprie eſt idem qḋ torpor ⁊ inertia. Unde. Cice. Nihil aūt magis Cicero. cauendum eſt q̄ʒ ne langori ſe deſidieq̧ dedat. Et pellendo pctm(tribuat ſalutem).i.vitaʒ corpis ⁊ anime:quia p̄ dei gr̄am non ꝓpriis meritis vita datur.(donet ergo nobis pietate pr̄is)ideſt ipſius miſicordia(ſalutem).i.incolumitatem.aliquando tamen ponit̄ ꝓ reme Vergili⁹. dio. Verg. Una ſal⁹ victis nullā ſpare ſalutē.

Inde veniſſit ſalutifer ſalutaris ⁊ ſaluber.vel magis vſitate ſalubris qḋ p̄bet ſanitatē. vnde aerem cibū potum locuʒ multaq̧ huiuſmodi dicimus ſalutifera ſalutaria ⁊ ſalubria (regna pollorū).i.aulam celorum. Preſtet hoc nobis ⁊c̄.

℄ Vt deus noſter miſeratus omnē
Pellat langorem: tribuat ſalutem
Donet & nobis pietate patris
Regna pollorum:

Additio. Pellat langorem de ratione x̄ſus nō poteſt eſſe lang. ſed angorē.i.corpis vt aīe cruciatum ſiue anguſtiam.

℄ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur hora diei prima orto iam ſole. Monet nos petere a deo gratiam: ut per totum diem abſtineamus nos a peccatis: ut poſſimus illum rectius laudare.

Materia huius hymni eſt dep̄catio ad dn̄m vt orto ſydere.i.xp̄o dignet̄ nos ſegregare a vitiis ⁊ nos induendo v̄tutibus:repellat ſupbiam:⁊ nos faciat humiles.⁊ quoniā vmbra noctis.i.peccatum receſſit a nobis:ideo lux vera.i.xp̄s iam habitet in cordibus nr̄is.

Cōſtrue ſic(ſyderei iam lucis orto).i. xp̄o nato q̄ refulſit in mundo ſicut ſol iuſticie:quia redimendo eripuit nos de tenebris ⁊ vmbra mortis.i.a peccato(nos ſupplices). i. humiles(p̄cemur deum).i.valde oremus ad deum vt(in diurnis actibus).i.aſſiduis bonis opibus(ſuet nos a noctibus) i.cuſtodiat ⁊ ꝓtegat nos a peccatis et omnibus aduerſis.

IAm lucis orto ſydere
Deū precemur ſupplices:
Vt in diurnis actibus
Nos ſeruet a nocentibus.

Dico vt nos ſuet a nocentib⁹ gr̄a xp̄i (refrenans).i.compeſcens linguam ⁊ (temperet eam ne horror litis).i.contentio vel ſeductio diaboli(inſonet).i.nr̄a corda fouet (viſum fouendo contegat).i.nutriendo ⁊ regulando concupiſcentias nr̄as:⁊ viſum ſic ꝓtegat ⁊ dirigat(ne vanitates hauriat) i ne videamus ea q̄ videnda non ſunt:⁊ nō ſolum viſus oculoꝝ ſit mundatus ſed etiā vt cordis gaudium vanitatis nō hauriamus ⁊ in delectationibus ⁊ concupiſcentiis non gaudeamus. vnde dn̄s ait. Nō mihi poſſunt viuere q̄ nō ſunt mortui mūdo.eſtimamus eīn temere ſi deo ⁊ mūdo volum⁹ pfrui. Et alibi. Non eſt cōuentio xp̄i ad belial. Diabolus eīn ⁊ deus non bene ꝯueniunt:nec in vna ſede morant̄. Et de⁹ in euangelio. Nemo poteſt duobus dn̄is ſuire deo.ſ.mammone.i.pecunie male acq̄ſite ⁊ diuitiis. Et nota ꝙ inter amorē dei ⁊ hui⁹ mūdi hec eſt differētia ꝙ amor hui⁹ mūdi in p̄ncipio dulcis eſſe videt̄:ſed finē habet amarū. Unde eccleſiaſtes. Nouiſſima aūt ei⁹ amara ſicut abſinthiū. Amor dei ab amaritudine īcipit ſed vltima ei⁹ dulcedine plena ſunt hec eſt ſalutaris māſio.ſ.de⁹ hec ſunt tabernacula iuſtoꝝ:in q̄bus vox letitie ⁊ exultatiōis ſonat ſemꝑ.vt bt̄i habitabūt.cui⁹ decorē ꝓpheta cōcupiuit.cui⁹ habitationē optauit.cui⁹ deſiderio flagrauit.

Amor duplex.ſ.mūdi ⁊ dei et differunt.

℄ Linguam refrenans temperet
Ne litis horror inſonet:
Viſum fouendo contegat
Ne uanitates auriat.

(Intima cordis ſint pura).i.mūda a mala cogitatione(⁊ vecordia).i.ſtultitia q̄ facit hoīem vecordem eſſe(abſiſtat) i.abſit a nobis ꝓcul(q̧) p̄ ⁊(parcitas).i.abſtinentia cibi ⁊ potus(terat).i.imminuat(ſupbiam car-

℄ Sint pura cordis intima
Abſiſtat & uecordia:
Carnis terat ſuperbiam
Potus cibiq̧ parcitas.

Digitized by Google

nis).i.pctm ⁊ ſtimulos eius:qꝛ niſi habeamus parcitatē cibi ⁊ potus oīa ꝯtrariā ſupradi-cta nobis euenient:nec poterimus refrenare linguā nr̄am nec nr̄a intima erūt pura:ſed ſordida ⁊ horror litis eis aſſociabit.⁊ ſic p hec ⁊ cetera mala ꝯdemnabimur.

℟ Vt cū dies abſceſſerit a nob̄ p mala opa(qꝫ) ꝓ ⁊(ſors).i.diuina diſpenſatio. vel ſors.i. diabol⁹:vel ſol p ſui abſtinentiā(reduxerit noctē).i.pctm:qꝛ nil aliud eſt dies q̄ illumiatio ſolis p aerē vel aer ſole pcuſſus.noctē inq̄ȝ.i. pctm nos p abſtinentiā vitioꝝ (mundi).i.p̄ſentis ſeculi purificati(canam⁹ gloriam)ſcili cet ſempiternā(ipſi).i.deo. Et qꝛ nox receſſit ⁊ dies venit refferam⁹ gl̄iam deo ⁊ hoc iure.

Abſtinentia ē ſtatu tuȝ cibādi tanp⁹ nō puenire.

ℭ Vt cum dies abſceſſerit
Noctemqꝫ ſors reduxerit
Mundi per abſtinentiam
Ipſi canamus gloriam.

ℭ Deo patri ſit gloria
Eiuſqꝫ ſoli filio:
Cum ſpiritu paraclyto
Et nunc & in perpetuum. Amen.

℟ Refferam⁹ gl̄iam deo ⁊ hoc iure dico: qꝛ tot ⁊ tāta ꝯtulit nob̄:qꝛ pctm p̄ceſſit et a morte liberauit nos ⁊ ad vltimū nos in filios collocauit ⁊ ſuſcepit.(Gl̄ia).i.laus ſit deo patri(qꝫ).ꝓ ⁊(eius ſoli filio).i.vnico ieſu xp̄o. ⁊ hoc(cū ſpū paraclyto).i ꝯſolatore. Sp̄ſſanctus dr̄ ꝯſolator i.aduocat⁹ p̄m⁹ ideo qꝛ diſcipuloꝝ corda q̄ fecit meſta de morte xp̄i reddidit ꝯſolatiōi(⁊ nunc).i.in p̄ſenti(⁊ in ppetuum).i.ſine fine. Amen.

ℭ Carmē eſt quale ſuperius. Canitur hora diei tertia. Quia ut actuū capitulo ſecūdo ſcribitur. Spiritus ſanctus ſub ſpecie ignis diffuſus eſt in chriſti diſcipulos. Itaqꝫ & nos petimus ut inflammati charitate deum & proximos amemus.

℟ Materia huius hymni eſt dep̄catio ſc̄ti ſpūs vt digneī in pectora nr̄a deſcēdere:quā ſcȝ dep̄cationē facim⁹ in hora tertia. In hora tertia peccauit adā in paradiſo ꝓpter quod pctm inde eiectus eſt:ideo ſpūi ſc̄tō facim⁹ hanc orōnē:vt ſicut ab adā p ſuggeſtionē ſeparatus eſt:ita p eius correctionē nr̄o pectori īgeri digneī. Et ſicut iſlāmauit apl̄os hora tertia:ſic digneī ingeri cordib⁹ nr̄is vel infundi vt mereamur deū ꝟe laudare:⁊ hoc ē.(O ſc̄te ſpūs)tu dico(ꝓmptus).i.parat⁹ ad pq̄rēdū ⁊ ꝯſolandū(q es vn⁹ vel vnū).i.vni⁹ ſubſtātie(pr̄i cū filio)dignare(ingeri).i.īfundi nobis(nūc).i.adhuc.ſed tā dico tu (ſpūs refuſus nr̄o pectori).i. vt īfundas nob̄ ſpm̄ ſc̄tm vel ſimus repleti te ſpū ſc̄tō vt ꝯſeq̄mur remiſſionē pctōꝝ:vel(vn⁹ aut vnū pr̄i cū filio) in eſſentia vel in ptāte. Vnus dr̄ p quandā eſſentiā triū pſonaꝝ vnū ptinet ad ſubſtātiā:nō ad pſonā.⁊ hoc eſt qd̄ dr̄ vnū pr̄i cū filio.

Nunc ſancte nobis ſpūs
Vnum patri cum filio:
Dignare prōptus ingeri
Noſtro refuſus pectori.

ℭ Os lingua:mens:ſenſus:uigor:
Confeſſione perſonent:
Flammeſcat igne charitas
Accendat ardor proximos.

℟ Os ⁊ lingua ptinent ad corpus:mens ꝟo ad animam:⁊ ſenſus ab vtroqꝫ ꝓcedit: ad ſimilitudinem eodem modo ptinet ſpūs ſanctus ad vtrumqꝫ.ſ.ad pr̄em ⁊ filium: qꝛ ab vtroqꝫ ꝓcedit. Et tamen non tres dij:ſed vnus eſt deus. Et nota qꝫ in ſole tria ſunt. ſ. ſpera:claritas:⁊ calor.ſpa ſolis naturaliter ſplēdēs ē ⁊ calēs. Sūmus pr̄ naturalir ſapiens eſt ⁊ amās. Spera ſolis ⁊ ſpledor ⁊ calor nō ſunt tres ſoles:ſed vn⁹ ſol. Sūm⁹ pr̄ ⁊ ſapientia ⁊ amor ei⁹ nō ſunt tres dij:ſed vn⁹ eſt deus. In ſpera ſolis ignea:pr̄em intelligere debemus:in ſplēdore filiū:in calore ſpm̄ ſc̄tm.(Os lingua).i corp⁹(⁊ mens).i.aīa(ſenſus).i.vterqꝫ ſ.corp⁹ ⁊ aīa(vigor).i.vtus(pſonēt).i.credāt vel ꝯfiteanī(ꝯfeſſiōe).i.trinitatē.ſ.pr̄em ⁊ filium ⁊ ſpm̄ ſc̄tm eſſe vnū deū(charitas).i.amor dei ⁊ ꝓximi(flāmeſcat) i.ardeat in nobis (igne)ſupple ſancti ſpūs(ardor)ſue charitatis(accendat).i.illuminet ſpūali amore (proximos).i.amorem dei deſiderantes.

Quō vn⁹ ſit deus et nō tres dij.

Digitized by Google

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur hora diei ſexta quo tempore eſt maximus diei calor. Itaq; temporis occaſiõe petit temperari in nobis choleram quæ eſt ire ſedis.

Materia huius hymni ſumitur ꝑ qualitates ⁊ diuerſitates aeris ⁊ temporis ex hoc ſcꝫ q maximus calor ſolet eſſe aliqñ in meridie ⁊ quandoq; ſolet nocere anime et corpori. Unde deū rogare debemus vt in nobis extinguat flammas vitioꝝ noſtroꝝ:⁊ tribuat nobis ſuam charitatem in cordibus nr̄is. Et non ſolum hora tertia deum rogare debemus: ſed etiā ſexta hora in qua adam eiectus fuit de paradiſo ꝑ ſupbiam:vt vnde ꝑ trāſgreſſionem fuit eiectus:illuc redeamus ꝑ bonam opationem xp̄o annuente:qui eadem hora in cruce poſitus fuit. O tu(rector)qui regis omnia(potens).i.que potes omnia facere q̄ vis:q: manus tua potentia ⁊ in ea oīs poteſtas ⁊ fortitudo(verax deus)qui nunq̄ mentiris:q: tu ipſe veritas es ⁊ verax in verbis ⁊ ꝓmiſſis tuis que nunq̄ fallunt(qui temperas).i.qui mitigas(vices).i. viciſſitudines reꝝ(inſtruis mane).i.incipientes bona opa facere(ſplendore ſolis).i.lumine(⁊ inſtruis meridiem ignibus) i.calore ſcꝫ charitate.

Rector potens uerax deus
Qui temperas rerū uices:
Splendore mane inſtruis
Et ignibus meridiem.

Extingue flammas litiū).i. ſuffoca calores mundanarum tentationuꝫ.vel (extingue flammas).i. mortifica in nobis flāmas ideſt ardores libidinis.vel(litium).i.odiorū vel diſcordiaꝝ(aufer calorē).i.remoue amorem a nobis ⁊ appetitū(noxiū).i.noxiarū rerum:q: tu bon⁹ es calor ⁊ ſol vite eterne(confer)ſcꝫ ſalutem nobis(corpoꝝ)⁊ aīarum(q;)ꝑ ⁊(pacem cordium).i. animorum(veram)ideſt non fictam.

¶ Extingue flammas litium
Aufer calorem noxium:
Confer ſalutem corporum
Veramq; pacem cordium.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur hora diei nona.cum deus inuariabilis ſit dederit tamē temporibus lucis ueritatem.petit.ut ueſper ideſt finis uitę noſtræ ſit lucidus & ſine mentis perturbatione:ut in fide chriſti morientes uitā æternam conſequamur.

¶ In hora nona xp̄s migrauit de hoc mūdo ad patrem.

Materia huius hymni eſt q nō ſoluꝫ in hora ſexta deꝑcandus ⁊ laudand⁹ eſt de⁹ ſed etiam in hora nona:in qua chriſtus migrauit de hoc mūdo ad patrem:vt poſſim⁹ trāſire de vitiis ad v̄tutes ⁊ ad bonas opationes. O deus(tenax)a teneo tenes:q̄ oīa tenes ſub poteſtate tua ⁊ pietate(vigor). i. virtus(rerum permanens in te immotus).i.nō variabilis:q: nunq̄ in ſeipſo mouet(determinans).i.diuidēs(tpa lucis diurne).i.q̄tidiane)ſucceſſib⁹).i.q̄buſlibet diſtictiōib⁹.

Serū deus tenax uigor
Immot⁹ i te ꝑmanēs:
Lucis diurne tēpora
Succeſſibus determinans.

Et q: hec dicta facis(largire). i. cōcede (clarū veſpe).i.finē nr̄e vite ⁊ exitū(quo)pro vt nr̄a vita(nuſq̄ꝫ decidat).i.nō cadat in aliquo graui pcc̄o(ſed perennis glīa). i.illa q̄ eſt ſine fine exiſtēs ſupple(p̄mium)mortis ſacre(inſtet nobis)ꝑ remiſſionē pctōꝝ.

¶ Largire clarum ueſpere
Quo uita nuſq̄ decidat:
Sed premium mortis ſacrę
Perennis inſtet gloria.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur hora ueſptina. Cōmemorata lucis creatiõe eiuſq; officio inſtāte nocte ꝑ quā intelligimus peccatū ignorantiāq;.petit gratiā qua ꝓmuniamur a peccatis & optemus æterna.

Materia huius hymni eſt inuocatio quā facit beatus Gregorius ad dn̄m:vt ſicut p̄cepit mane iunctum veſpi vocari diem:ita vt audiat p̄ces nr̄as ⁊ cōmendat diem dn̄icum p opus qd̄ quotidie factum eſt in eodem die:vt ibi. Fiat lux ⁊ facta eſt lux.(Optime creator lucis)ideſt filiū tui vel angeloꝝ(p̄ferens).i.tribuens(lucem).i.filiū tuum(dierum)apl'oꝝum tuoꝝ qui dies vocanť(parans originē).i.qñ dixiſti fiat lux.i.initiū.(noue lucis p̄mordiis mūdi).i.apl'i qui lux interp̄tanť vnde dr̄. Vos eſtis lux in iſta vita illuſtrātes oīa. Vos eſtis ſal terre cōdientes morū temperantiā:ipſi apoſtoli paſtores ſunt populoꝝ omnia conſeruantes.

Lucis creator optime
Lucem dierum proferens
Primordiis lucis noue
Mundi parans originem.

¶ Qui mane iunctum ueſperi
Diem uocari precipis:
Tetrum chaos illabitur
Audi preces cum fletibus

¶ Ne mens grauata crimine
Vite ſit exul munere:
Dum nil perenne cogitat.
Seſeq; culpis illigat.

¶ Celorum pulſet intimum
Vitale tollat premium:
Vitemus omne noxium
Purgemus omne peſſimum.

Et tu qui p̄cipis mane iunctū veſperi vocari diem).i.diē ⁊ noctē q̄ eſt dies naturalis.vnde dictū eſt. Factū eſt veſpere ⁊ mane dies vn⁹.vel aliter. Tu q̄ p̄cipis mane iūctū veſpi vocari diem.i.deitatē iunctam carni nr̄e q̄ obſcura eſt vt veſpeꝝ vocari diem).i.xp̄m q̄ eſt verus dies(tetrū chaos).i.nox et pctm̄ ⁊ obſcuritas vitioꝝ(illabitur).i.cadit in nos.Et ideo(audi p̄ces) nr̄as (cū fletib⁹) ideſt cū deſideriis lachrymaꝝ.

Dico audi p̄ces nr̄as ⁊ q̄re(ne mēs).i.aīa nr̄a ſit pōderata(crimine).i.pctō vitiorum.⁊ hoc eſt qd̄ dicit (ne mēs grauata) i.pōderoſa vel opp̄ſſa(crimine).i.pctō(ſit exul).i.alienata(munere).i.dono eterne beatitudinis(vite).i.xp̄i qui eſt vita(dū mens nil p̄enne cogitat).i.p̄petuum(ſed illigat)ideſt illa queat ſeſe culpis vitioꝝ.

Ergo ⁊ nos debemus accip̄e xp̄m vel eternā beatitudinē.⁊ vt hoc fiat(mens pulſet).i.inq̄rat(intimū celoꝝ).i.xp̄m.(⁊ tollat).i.acq̄rat(vitale p̄mium) b̄titudinē ergo(vitemus omne noxium)ideſt omne peccatum quantum ad corpus(purgemus omne peſſimū) ideſt omne peccatum quantum ad animam.

Additio. Et nota ꝙ omne peſſimū non dr̄ latine teſte vallaq; ois nunq̄ȝ iungiť ſup̄latiuo ſed poſitiuo ⁊ cōparatiuo vt ois ſapiens vel ſapientior:ideoq; dicendum erat peſſimū quidq; ſcd̄m medios latini ſermonis auctores.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur horis diei completis. Implorās diuinam tutelam. petit ne per noctis in ſomnia lemures mentibus noſtris incurſantes occurrant.

Te lucis ante terminum
Rerū creator poſcimus
Vt ſolita clementia
Sis preſul ad cuſtodiam

Materia hui⁹ hymni eſt deū dep̄cari in ꝯceptiōe noctis:vt ſicut dep̄camur deum in ꝯceptiōe diei:vt cuſtodiat nos p totā diē ita in inceptiōe noctis:vt nos cuſtodiat per totā noctē deū dep̄camur.(O reru ȝ creator poſcimus).i.petimus(te ante terminum lucis).i.anteq̄ȝ de mūdo exeam⁹ vel anteq̄ȝ dies recedat.vt ſis p̄ſul.i.cuſtos vel ſpeculator:ac cuſtodia.vel ſis p̄ſul ad cuſtodiam.i.ad cuſtodiendā animam.

¶ Procul recedant ſomnia
Et noctium phantaſmata.
Hoſtemq; noſtrum comprime
Ne polluantur corpora.

Dico ſis p̄ſul ad cuſtodiā:vt(p̄cul recedant ſomnia).i.lōge ſint a nob remote illuſiones demonū vel praue delectatiōes carnis.⁊(phātaſmata noctiū).i.occulte deceptiones vel ſuggeſtiones ⁊ noctiū apparitio-

vi.ptes no ctis. Veſper Cōticiniū Intēpeſtū galliciniū. Crepuſculum. Mane.

nes.i.malignoꝝ ſpūm. Phantaſma.eſt vana in ſomnis viſio ⁊ nihil veri ſignificans.vnde phantaſmaticus.i.imaginatiuus.nox autem diuiditur in ſex partes.ſ.ſero ſiue veſper. conticinium:intempeſtum:gallicinium crepuſculum:mane. Sero eſt qñ nox imminet illud. ſ. tempus qḋ ſequitur ſolem occidentē qḋ etiam heſperus dr ab illa ſtella poſt ſolē orientem. Conticiniū eſt hora qñ hoīes cubitum pgunt. Intempeſtū eſt.qñ nihil opatur ⁊ eſt cōmunis hora deſcendi oīm:medium tempus inter gallicinium ⁊ cōticinium. Gallicinium eſt qñ galli emittunt voces. Crepuſculum eſt qñ dubium eſt inter diē ⁊ noctem. Mane eſt qñ aurora apparet ⁊ (compꝛime nrm hoſtem) i.diabolū vel carnem (ne corpa nra polluātur) ſcꝫ malo vel corporali pollutione.

¶ Carmen eſt cacometrum ſimile tamen dimetro iambico. Canitur in quadrageſima horis diei completis: & petit ne per inſtantis noctis tenebras illudamur: quietē nobis placidam tribui.

Chriſte qui lux es & dies
Noctis tenebras detegis
Luciſq; lumen crederis
Lumen beatum predicans.

Materia hui⁹ hymni eſt ꝙ deprecare debemus deū. vt det nobis quietā noctem ⁊ defendat a perfido hoſte: ⁊ oculi ſic ſomnū capiāt ꝙ cor ad deū ſemꝑ vigilet. O xpe qui es lux angeloꝝ ⁊ illuminator oīm ſctōꝝ. vnde ipſe dixit. Ego ſum lux mūdi ⁊ dies eſt xpūs qui illuminat omnem diem: ⁊ parat omnem lucem. Cum aūt mirabile ſit q: ſicut pater eſt lux ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſit lux:non tñ tres luces:ſed pater eſt filius ⁊ ſpūſſcūs vna ⁊ inſeparabilis eſt lux.ſicut in hac dictione ꝗ eſt.lux.ſunt tres littere ⁊ vnus ſonus:cui ad ſignificationem ipſius ſenſus aliquid addi vel minui non poteſt:ſic quoqꝫ cum tres ꝑſone ſint:eſt vna deitas cui naturaliter addi vel minui nihil poteſt. Non em̄ deus tres luces eſt:q: ſi verum eſſet:iam lux vna nō eſſet. Nam ꝗcꝗd corꝑaliter diuidi poteſt in illa ſubſtantia ꝗ diuerſitatem patit̄:nō poteſt dici vnū ⁊ (detegis).i.aperis (tenebras).i. verſutias (noctis).i.diaboli ⁊ (crederis lumen lucis).i.patris.tu dico (ꝑdicans).i.ꝓmittens apoſtolis (beatum lumen).i ſpūm ſanctum.

Optima paratio.

Precamur ſancte domine
Defende nos in hac nocte
Sit nobis in te requies
Noctem quietam tribue.

O ſancte dñe).i. qui dñaris (ꝑcamur) .i.rogamus te (defende).i.protege nos a vitiis ⁊ ab inſidiatoꝛib⁹ nrīs.i.demonib⁹ qui vt leones rugientes circuent ꝗrentes quem deuorent.vt ait aplus (in hac nocte).i. in preſenti vita (⁊ reqes ſit nobis in te).i. requieſcamus tecum in celeſti regno.⁊ (tribue). i. concede (quietam noctem).i.tranquillā ⁊ ſecuram.

Ne grauis ſomnus irruat
Nec hoſtis nos ſurripiat:
Nec caro illi conſentiens
Nos tibi reos ſtatuat.

Ne grauis ſomnus)ideſt ne graue peccatum:vel delectatio peccati (irruat) ideſt opprimat nos (nec hoſtis) ideſt diabol⁹ (ſurripiat) ideſt fraudulenter decipiat nos (nec caro) noſtra (illi conſentiens) ſcilicet diabolo in peccato (nos reos ſtatuat) ideſt faciat eſſe culpabiles (tibi) ideſt domino quia dominus noſter eſt ſecundum naturam.

Oculi ſomnum capiant
Cor ad te ſemper uigilet:
Dextera tua protegat
Famulos qui te diligunt.

Qu ſuis dico ꝙ grauis ſomnus nō irruat:tñ non dico ꝙ oculi ſomnū nō capiant immo aliquātulū capiāt vt hic (oculi ſomnū capiant).i.aliquantulū capiāt vt corp⁹ refocilletur (cor) i.mens (ſemꝑ vigilet ad te) et o tu dñe (dextera tua).i.auxiliū tuum (ꝓtegat famulos) ſcꝫ qui te diligunt.

Digitized by Google

Defenſor noſter aſpice) nos (et reprime inſidiantes).i.demones qui ſemꝑ inſidiant nobis:ꝛ ꝙ maligni ſpūs ſemꝑ ſint parati inſidiari nobis ꝛ nocere:ꝛ animas iugulare:ideo petimus vt deus eos reprimat ꝛ reſtringat ne nocere valeant. Et notandū ꝙ maligni ſpiritus tres habent habitationes ſcȝ in inferno:in aere:ꝛ in terra. Illi qui in terra manent diuidunt in duabus partibus:ꝛ vocant larue ꝛ larues. larue in nocte ledunt. larues autē in die (guberna) idest rege nos (tuos famulos quos mercatus es) idest redemiſti tuo ſanguine. Et nota ꝙ diu per peccatū ſerui fuimus:modo per chriſtū liberi facti ſum⁹ q̄r nec auro corruptibili:ſed ꝓprio ſuo ſanguine nos redemit. Maligni ſpūs tres habēt habitatiōes.

℄ Defenſor noſter aſpice
Inſidiantes reprime:
Guberna tuos famulos
Quos ſanguine mercatus es.

℄ Memento noſtri domine
In graui iſto corpore:
Qui es defenſor animæ
Adeſto nobis domine.

Et quia ſumus redempti ſanguine domini:ideo non debem⁹ voluptati noſtre ſatiſfactionem facere:ſed preceptis eius ꝓ ſalute noſtra noſmetipſos onerare ꝛ iugo ei⁹ applicare. Unde dauid. Preceptum domini lucidum illuminans oculos meos. (Domine memento noſtri in graui iſto corpore) idest corruptibili (qui es defenſor anime) o tu domine (adeſto nobis) idest ad defenſionem noſtram.

℄ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas ueſpertinas feria ſecunda. Alludens ad illud Gene.i. ꝙ aquæ ſuperiores ab inferioribus ſunt diſtinctæ. petit ut lumine fidei illuſtremur.

Materia hui⁹ hymni eſt inuocatio quā facit auctor:vt quemadmodū xp̄s aquas ab aq̄s in ſcd̄a die ſeparauit ꝛ partē in terra reliq̄t:ꝛ partē in celū attulit ꝓpter nimietatē aq̄: ideo q̄r terra confuſa erat ꝛ ne calor ſolis diſſiparet res mundanas:ita diuidat mētes nr̄as de malis opibus. Sed q̄ritur cur partē attulit in celū:ꝛ ad qd̄ celum igneum eſt. Ignis leuis materie eſt. ꝛ ideo ſi non interpoſuiſſet aliud elementū puta aquam:ignis totā terram leuiter cōbureret. ꝛ ſi q̄rat q̄liter aque manent ſuꝑ ignē. Auguſti. dicit ꝙ fortitudo ignis aquā coagulat ꝛ coarctat. Itē q̄rit:ſi celū mobile eſt rotūdū:q̄mō aque manēt ſurſum: Ambroſi⁹ dat hoc exēplū:q̄r multa corpora exteri⁹ ſunt rotūda q̄ interi⁹ ſunt q̄drata. ꝛ ſic pōt eſſe celū. Celeſtes namq̄ nature Auguſtinus. Q̄mō ſunt aq̄ in celo. Ambroſius.

IMmenſe coeli conditor
Qui mixta ne cōfūderēt:
Aque fluenta diuidens
Coelum dediſti limitem.

ignee ſunt vn̄ ſpūs d̄r pur⁹ ether:q̄r rog⁹.i.ignis:vnde niſi vnda ſuꝑioris ꝛ īferioris aq̄ etherea flue ignē tēperaret:totā terrā incēderet:ꝛ ruptā i puluerē diſſiparet. (o xp̄e ꝯditor imēſe) i.ſine mēſura (celi q̄ diuidēs fluēta aq̄).i.aqua ꝑ curſus (ne ꝯfūderēt mixta) i.ſupficiē terre i.ꝯfuſionē facerēt (celū dediſti limitē).i.terminū inter aq̄s ſuꝑiores ꝛ inferiores.

℄ Firmans locum celeſtibus
Simulq̄ terræ riuulis:
Vt unda flammas temperet
Terræ ſolum ne diſſipent.

℄ Infunde nunc piiſſime
Donum perennis gratiæ:
Fraudis noue ne caſibus
Nos error atterat uetus.

Tu dico (firmās locū) ſcȝ inter aq̄s celeſtes ꝛ aquas terreſtres. (celeſtibus). i.angelis vel aquis ꝛ (ſimul riuulis terre). i. fluminibus vel peccatoribus (vt vnda). i.aqua (temperet flammas) idest ignem firmamēti ne flāme diſſipēt ſolū t̄re (ſolū). i. ſoliditatē.

O tu piiſſime (īfunde nūc). i.in p̄ſenti (donū pennis gr̄e). i.ſpūſſctī (ne error) idolatrie vel originale pc̄m (vetus). i. antiquus (atterat). i.ꝯterat (nos caſib⁹ noue fraudis) i.hereſis vel diaboli. Nou⁹ d̄r:q̄r null⁹ ali⁹ peccauerat ꝑ originale peccatum.

Digitized by Google

℄ Lucem fides inueniat
Hæc luminis iubar ferat.
Hæc uana cuncta terreat
Hanc falſa nulla comprimant.

Fides) nr̄a inueniat lucē tuā o tu xp̄e ⁊ inueniēdo (ferat iubar). i. ſplendorē (lumi nis). i. ſpiritus ſancti ⁊ ferendo (iubar) tribuat ſe nobis (hec). i. fides (terreat cuncta vana). i. cunctam prauitatem hereticam (nulla falſa comprimant) idest deprimant (hanc) ſcilicet fidem. ¶ Alias ſic luminis iubar ferat et non hec.

℄ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ſecūda feria ad horas nocturnas. Hortatur nos ut ſurgamus ad orationem qua deū confiteamur. & peccatorum ueniam petamus.

SOmno refectis artubus
Spreto cubili ſurgimus:
Nobis pater canentibus
Adeſſe te depoſcimus.

Materia hui⁹ hymni eſt ꝙ debemus ſurgere de lecto). i. de pctō ⁊ deprecari deū vt dimittat nob pctā nr̄a ſcʒ pſentia pterita ⁊ futura. Cū facim⁹ inuocationē ad deū patrē ſic debem⁹ dicere. O deus pr̄ (refectis artubus ſomno). i. ſenſib⁹ nr̄is repletis in mūdana delectatiōe (ſurgim⁹ ſpreto cubili). i. ipſa delectatiōe: qꝛ poſtq̄ʒ fuerint membra nr̄a refocillata ſomno ⁊ reparata virtute: debemus cum indignatione ſpernere ⁊ ad dei ſeruitiū feſtinare ⁊ tunc deus aderit nobis (depoſcimus) idest deprecamur (te adeſſe) ſcilicet preſentem (nobis canentibus) idest laudantibus.

℄ Te lingua primum concinat
Te mentis ardor ambiat:
Vt actuum ſequentium
Tu ſancte ſis exordium.

Et ideo nō ſolū corde ſed etiā lingua te deprecamur o dn̄e lingua nr̄a ꝯcinat). i. laudet (⁊ pmū) i. maxime ſup oīa (ardor). i. amor mentis nr̄e (ambiat) i. deſideret te ⁊ ad qd (vt tu ſancte) pater (ſis exordium) i. pncipiū nr̄oꝝ (actuū ſeqntiuʒ) vt ois noſtra actio a te ſemp incipiat ⁊ p te incepta finiatur.

℄ Cedant tenebre lumini
Et nox diurno ſideri:
Vt culpa quam nox intulit
Lucis labeſcat munere.

Tenebre idest vitia vel peccata (cedāt) idest locum dent (lumini) idest chriſto (nox) ſupple cedat (diurno ſyderi) idest ſoli (vt culpa) idest peccatum (quam nox intulit) nobis. i. diabol⁹ (labeſcat) i. euaneſcat (mūere) i. grā (lucis). i. xp̄i vel ſpiritus ſancti.

℄ Precamur idem ſupplices
Noxas ut omnes amputes:
Vt ore te canentium
Lauderis imperpetuum.

Nos ſupplices) idest humiles (precamur idē). i. illud ⁊ ad qd (vt amputes). i. auferas (oēs noxas). i. oia pctā ⁊ vitia vt lauderis in perpetuuʒ ore canentium te.

℄ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur feria ſecūda ad laudes matutinas aduentante luce: filium qui eſt ſplendor patris: deinde patrem ipſum multa petens implorat.

SPlendor paterne glorie
De luce lucem proferens:
Lux lucis & fons luminis
Dies diem illuminans.

Materia hui⁹ hymni eſt pr̄is ⁊ filii et ſpiritus ſancti credulitas: ꝙ tm̄ pr̄ ſit in filio ⁊ fili⁹ in pr̄e ⁊ ſpiritus ſanctus ꝓcedens ab vtroqʒ. Et p hanc credulitatē rogamus vt ꝯfirmet. i. ꝯferat nobis ſuā grām: vt ſit nobis cib⁹ ⁊ pot⁹. (O xp̄e q̄ es ſplendor paterne glīe). i. pr̄is: qꝛ per patrem glorificatur (proferens lucem) idest ſpiritum ſanctum (de luce) idest de patre vel (proferens) idest manifeſtans (lucem) idest teipſum eternam lucem venientem in hunc mundum de luce paterna. (O lux) idest filius lucis idest patris ⁊ (fons ⁊ origo luminis) ſcilicet ſpiritus ſancti (tu dies illuminans diem) idest quos predicatione apoſtolorum fecis illuminari.

Paul⁹ ad hebreos. j. qui cuʒ ſit ſplen.

Digitized by Google

¶ Veruſq; ſol illabere
Micans nitore perpeti:
Iubarq; ſancti ſpiritus
Infunde noſtris ſenſibus.

Et o tu chriſte qui es (verus ſol illabere).i. deſcende (micans nitore perpeti) idest perpetuo lumine eterno (et infunde) idest mitte (iubar) idest ſplendorem ſpiritus ſancti (noſtris ſenſibus) idest noſtris mentibus: vt nõ ſolum vocemus te filium et patrem.

¶ Votis uocemus te patrem
Patrem perennis glorie:
Pater potentis gratie
Culpam religet lubricam.

Et nõ ſolũ vocem⁹ te filiũ ſed (votis vocem⁹).i. depcemur cũ deſiderio vocem⁹ inq̃ (te pře᷑ perẽnis glie).i. ppetue: q᷑ infinita erit et vocem⁹ (vt př potẽtis gře religet).i. reſtringat vel mittat in exiliũ (culpã lubricã).i. libidinẽ q̃ facit hoĩem cito labi de bono ad malũ. et de ſtatu innocẽtie ad ſtatum culpe.

¶ Informet actus ſtrennuos
Dentem retundat inuidi:
Caſus ſecundet aſperos
Donet gerendi gratiam.

Dixi inuocem⁹ et q̃re: vt pater (informet).i. cõponat (actus ſtrẽnuos).i. honeſtos ſc᷑ bonas opatiões (et retũdat).i. frãgat (dentẽ).i. fortitudinẽ (inuidi).i. diaboli. Nã quẽadmodũ aliquis mordet eſca᷑: ita diabolus mordet et ſeducit chriſtianos operando mala in eis (et ſecundet) idest faciat proſperos (caſus noſtros aſperos) ſcilicet caſtigando nos ſepiſſime faciat ſecundare (donet nobis gratiam gerendi) idest patiendi eoſdem caſus aſperos.

¶ Mentem gubernet & regat
Caſtam fideli corpore:
Fides calore ferueat
Fraudis uenena neſciat.

Modo cõuertit ſe ad fideles. q.d. fili⁹ infundat in nobis iubar ſancti ſpiritus et act⁹ noſtros dirigat et (gubernet mentem).i. animam noſtram (et regat) eam caſtam in fide catholica (fideli corpore) ſancte eccleſie vt fides noſtra (ferueat) idest ardeat (calore) charitatis vel amore ſpiritus ſancti (neſciat venena).i. hereſes (fraudis).i. diaboli.

¶ Chriſtuſq; nobis ſit cibus
Potuſq; noſter ſit fides:
Leti bibamus ſobrie
Ebrietatem ſpiritus.

Ut mẽs ſit neſcia fraudis (chriſt⁹ ſit nobis cibus) idest predicatio dei q̃ reficiat nos idest mentes noſtras vt cibus reficit corp⁹: et hac comeſtione idest predicatione habeamus potum idest fidem. Fides eſt charitas predicationis (q᷑) pro et chriſtus ſit cibus celeſtis (et fides) ſcilicet catholica ſit noſter potus (leti) idest alacres vel hilares (bibamus ſobriam ebrietatem) idest temperatam. ſ. infuſionem ſpiritus ſancti: vt nos ſeruet a peccato et ebrietas ſpiritus eſt ſobria. i. tẽperata et modeſta: quia homines inflamant amore dei et ſeruat ab amore peccati: quia ſicut ille qui eſt ebrius obliuioni tradit omnia nec recordatur: ſic qui eſt plenus ſpiritu ſancto vel gratia ſpiritus ſancti omnia mundana obliuiſcitur.

¶ Letus dies hic tranſeat
Pudor ſit ut diluculum
Fides ſit ut meridies
Crepuſculum mens neſciat.

Hic dies).i. pñs vita (letus trãſeat).i. extermine᷑ (letus dies).i. xp̃s adueniat ad nos (et pudor).i. caſtitas ſit (vt diluculũ (.i. vt aurora luceat (fides ſit velut meridies) et ferueat amore ſpũs ſcti ſicut meridies feruet: et (mens crepuſculũ neſciat).i. pctũ: q᷑ crepuſculũ eſt (lucis).i. diei finis et noctis pncipiũ.

¶ Aurora curſus prouehit
Aurora totus prodeat:
In patre totus filius
Et totus in uerbo pater.

Aurora).i. př (pueh̃it curſus).i. ducit filium ſuum ad ſui ſuperiora (aurora prodeat) idest manifeſtetur totus in ſubſtãtia deitatis. quia filius in ſubſtantia deitatis totus eſt in patre (et pater totus in verbo). idest in filio quia totus eſt vnus deus.

b

Additio. Memini videre textum ſic. Amor recurſus provehit hoc eſt. ſpiritus ſanct⁹ promoueat recurſus noſtros ad deum.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierũ. Canitur feria tertia ad nocturnas horas per noctis tenebras: petit a chriſto qui eſt uera lux ut ignorantie tenebras: & ſomni deſidiam a nobis diſcutiat.

Materia huius hymni eſt reſurrectio noctis. ⁊ ſicut nos ſurgẽdo rũpimus noctem ita chriſtus ſurgendo rupit mortẽ ideſt vicit peccatũ. vel ſicut dies adueniẽs noctis vmbras effugat: ſic adueniẽte vero lumine. ſ. chriſto: ipſe chriſtus vitiorum ideſt peccatorum tenebras effugauit ⁊ totũ mũdũ illuminauit. O chriſte (conſors). i. equalis vel conſcius eius nature qui eſt pater: quia vnũ eſt nomẽ patris ⁊ filij ⁊ ſpũs ſancti (paterni luminis) tu inq̃ chriſte cõſors luminis (tu ipſe lux). i. filius q̃ lux eſt Joãnis. j. (lucis). i. patris (⁊ dies) dierum vel omniũ luminũ (rumpimus noctem) ideſt peccatum (canendo) ideſt laudando te. et ideo (aſſiſte poſtulantibus) tecum precibus.

Onſors paterni luminis
Lux ipſe lucis & dies:
Noctẽ canẽdo rũpimus
Aſſiſte poſtulantibus.

Aufer tenebras) ideſt ignorantias (mentium) noſtrarum (fuga cateruas demonum) ideſt turbas malignorum ſpirituum (expelle ſomnolentiam) ideſt anime pigritiam (ne illa ſomnolentia) ideſt peccatorum dormitio vel negligentia (obruat). i. precipitet (pigritantes). i. in peccatis dormientes.

¶ Aufer tenebras mentium
Fuga cateruas demonum:
Expelle ſomnolentiam
Ne pigritantes obruat.

Sic) ideſt taliter (o chriſte indulgeas) i. miſerearis (omnibus credentibus nobis) (vt quod precinentes) i. laudãtes (pſallim⁹) ore ſcilicet ⁊ corde (proſit exorantibus). i. proficiat nobis deprecantibus.

¶ Sic chriſte nobis omnibus
Indulgeas credentibus:
Vt proſit exorantibus
Quod precinentes pſallimus.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria .iii. Quod quemadmodũ gallus nos a ſomno excitat: ita & chriſtus a ſocordia. deinde xp̃i miſericordiam implorat.

Materia huius hymni eſt exhortatio chriſti ad nos vt ſurgamus a vitijs ⁊ adhereamus virtutibus: ⁊ premittit exemplũ alitis. i. galli. ſicut enim gallicãtus nos excitat vel vocat ad diem venientem: ſic chriſtus excitat mẽtes noſtras ⁊ vocat nos per ſcripturas ſacras ad opa virtuoſa p̃nũcians q̄ in p̄ximo eſt venturus: eius vero aduentus tempus ignoratur. vnde bene dicitur. Surgite ⁊ vigilate: quia neſcitis diem neq; horam. ⁊c. (Ales). i. gallus (nuncius diei precinit). ideſt predicit (lucem). i. diem nobis (propinquam. chriſtus excitator mentium) noſtrarũ (vocat nos ad vitam iam) ideſt iam ad ſe vocat nos.

Les diei nuncius
Lucẽ p̄pinquã precinit:
Nos excitator mentium
Iam chriſtus ad uitam uocat.

Chriſtus (clamat) ideſt vocat et precipit nobis dicens (o deſides) ideſt o pigri (auferte) ideſt relinquite (lectulos egros). i. carnalitatem vel corda veſtra (ſopore). i. peccato irretitam aut inſequẽtes libidinẽ. ⁊ vigilate caſte poſtulãtes (recte) non tortuoſe (ſobrie) non ebrie. Et bene debetis facere hoc: q2 ego (xp̃s iã proximus ſum) vobis. Uel ſecũdũ aliã litterã. o (caſti) anima ⁊ corpore ⁊ o (recti) verbo ⁊ opere (ſobrij) ideſt temperati cibo ⁊ potu (vigilate iam ſum proximus.

¶ Auferte clamat lectulos
Egros ſopore deſides:
Caſtiq; recti ac ſobrii
Vigilate iam ſum proximus.

Digitized by Google

¶ Ieſum ciamus uocibus
Flentes precantes ſobrie
Intenta ſupplicatio
Dormire cor mundum uetat.

☞ Et q2 chriſt9 eſt primus o fratres (ciamus).i.vocem9 (ieſum) vos dico (flētes p̄cantes).i.cū fletu rogātes illū (ſobrie) i. cū ſobrietate ſine omni feditate (intēta ſupplicatio).i. aſſidua deprecatio (vetat cor mūdum dormire) ideſt in aliquo mortali peccato manere.

¶ Tu chriſte ſomnum diſcute
Tu rumpe noctis uincula:
Tu ſolue peccatum uetus
Nouumq; lumen ingere.

☞ O tu chriſte (diſcute).i. diſſipa vel (diſcute).i.diuide (ſomnum) ideſt peccatum vel diabolū ne nos decipiat: (et tu rumpe) diſcutiendo (vincula noctis).i.diaboli vel penas inferni: que dicuntur nox. vt nos non decipiāt (tu ſolue peccatum vetus) ideſt originale (et ingere) ideſt immite (nouum lumen) ideſt ſpiritum ſanctum qui dicitur nouus: quia eijciēdo a nobis vetera et peccata nos renouat lumine gratie.

¶ Carmē eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas ueſpertinas feria tertia: quo die quia terra protulit herbam uirētem: petit noſtra peccata gratie uigore mundari.

☞ Materia hui9 hymni eſt dep̄catio quā facim9 ad deū: vt ſicut deus pater fecit celū et terrā: et diuiſit ſup̄iora ab īferioribus: ita ſua pietate nr̄a pctā dimittat. Et ſicut dedit terrā immobilē vt faceret fructū gratū: ita faciat mēbra noſtra acceptabilia ad fructificandū ſibi. (O ingēs cōditor telluris).i. toti9 orbis (qui eruens).i.diuidens (ſolum mundi ab aquis).ſ.ab inferioribus et a ſuperioribus (atq;) pro et (dediſti terram immobilem) et hoc (pulſis moleſtiis) ideſt elementis que valde moleſta erant dum inter ſe eſſent confuſa ideſt ſimul mixta.

Telluris ingens conditor
Mūdi ſolum qui eruens
Pulſis aque moleſtiis
Terram dediſti immobilem.

¶ Vt germen aptum proferens
Fuluis decora floribus.
Fecunda fructu ſiſteret
Paſtumq; gratum redderet.

☞ Et) illa terra.ſ. (proferens).i.producēs (germen aptum) i.congruum hominibus (ſiſteret).i.permaneret (fecunda).i. abundans et fertilis (fructu) acceptabili. illa dico (decora).i.ſpecioſa (fuluis floribus) ideſt rubeis et albis (q;) pro et (redderet gratum paſtum) acceptabilem tam hominibus q̄ pecudibus.

¶ Mentis peruſte uulnera
Munda uigore gratie:
Vt facta fletu diluat
Motuſq; prauos atterat.

☞ O chriſte (munda) .i. purga (vulnera peruſte mentis) ideſt peccata vel flammas anime peccatricis et hoc (vigore gratie) ideſt ſpūs ſancti (vt diluat facta) ideſt emēdet peccata cōmiſſa (fletu) ideſt gemitu. atterat.i.auertat (prauos mot9) ideſt refrenet noſtros prauos actus. ¶ Alias vigoris gratia.i.mediante gratia ſancti ſpiritus qui eſt fons et origo totius gratie.

¶ Iuſſis tuis obtemperet
Nullis malis approximet.
Bonis repleri gaudeat.
Et mortis actum neſciat.

☞ Et mens illuminata (obtemperet iuſſis tuis) ideſt obediat mandatis tuis (et non approximet) ideſt non accedat vel appropinquet (malis vllis) ſcilicet operibus: ſed gaudeat impleri bonis operibus (et neſciat actum mortis) ideſt non cognoſcat mortale peccatum vel penas inferni.

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas nocturnas Feria.iiii. Surgentibus per noctis ſomnum ad confitendum chriſto: petit peccatorum condonationem.

Materia huius hymni eſt iuocatio ad deum vt dignetur criminibus noſtris ignoſcere: vt ſicut ſurgim⁹ de lecto ⁊ rūpimus noctē: ſic chriſtus rūpat peccata (o optime creator oīm rerum) ⁊ o rector aſpice nos. i. libera nos (a quiete noxia) qꝛ q̄ carnē oblectāt noxia ſunt ſancte anime. nos dico (libera) redime (merſos). i. obrutos (ſopore) ideſt pctō.

Ideo poſcim⁹). i. deprecamur te o (ſctē xp̄e ignoſce). i. parce culpis oībus (vel ignoſce tu criminib⁹) nr̄is oīb⁹ (ſurgim⁹) de virtute in virtutē. ſ. confitēdo pctā ⁊ (rūpim⁹ moras). i. impedimēta (noctis) ideſt diaboli.

Tollimus). i. ſubleuamus (mentes). i. cogitatiōes (⁊ manus). i. opationes (ſicut nouimus ꝓphetā). ſ. dauid (qui precipit). i. iubet nobis (gerendum) ideſt faciendum dicēs media nocte. ⁊c. (et paulus cenſuit) i. ſcripturis ſuis indicauit dicēs. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere (geſtis) ideſt factis.

ps. cxviij.

O deus (vides malū quod geſſim⁹). i. fecimus ⁊ ideo (pādimus occul[illegible]ſa). i. peccata. ſ. per cōfeſſionē (gemētes). i. ſuſpirātes (fundimus tibi preces) ⁊ ideo (dimitte) ideſt dona (qd̄ peccauimus) ideſt deliquimus.

Rerum creator optime
Rectorq; noſter aſpice
Nos a quiete noxia
Merſos ſopore libera.

¶ Te chriſte ſancte poſcimus
Ignoſce tu criminibus:
Ad confitendum ſurgimus
Moraſq; noctis rumpimus.

¶ Mentes manuſq; tollimus
Propheram ſicut nouimus:
Nobis gerendum precipit
Pauluſq; geſtis cenſuit.

¶ Vides malum quod geſſimus
Occulta noſtra pandimus:
Preces gementes fundimus
Dimitte quod peccauimus.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas. Feria. iiii.

O (nox). i. diabole. ⁊c. Nox aliqñ accipit ꝓ ira. pro t[illegible]e: pro diabolo: ⁊ obſcuritate ⁊ ideo (o tenebre). i. o pctā: ⁊ nubila diſcordie hereticoꝝ (⁊ turbida mūdi). i. turbatiōes et ſeditiōes (ꝯfuſa). i. ꝯmixta (diſcedite). i. recedite. qꝛ ſicut nox diē: ſic pctā iuſtitiā. ⁊ diabolus chriſtū fugit. Recedite inquā ⁊ bene debetis qꝛ (xp̄s intrat) mētes fideliū (polus). i. corpus (albeſcit). i. niteſcit bonis operib⁹ quid dicā per ſingula (xp̄s venit) in corda noſtra.

Nox & tenebre nobila
Confuſa mundi & turbida
Lux intrat: albeſcit pollus
Chriſtus uenit diſcedite.

Caligo terre). i. obſcuritas nr̄a (ſcidit) i. diuidit. vl' ſecta hereticoꝝ caligo dico (percuſſa radio ſolis aſpectu xp̄i). i. diuino v̄bo. ⁊ (calor). i. vigor ſp̄us ſcti q̄ receſſit ꝓpter p̄ſentiā tenebraꝝ (iā redit) a labus nr̄is (vultu nitentis ſyderis). i. ſplēdore ſp̄us ſcti q̄ eſt ver⁹ ſol.

¶ Caligo terre ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo:
Rebuſq; iam calor redit
Vultu nitentis ſyderis.

Additio. Rebuſq; iam calor reddit. Melius diceret color quia in nocte omnia videntur ſubnigra: et aduenīente luce reddit color rebus: que3 nox abſtulera iuxta illud. Vergili. Et rebus nox abſtulit atra colorem.

Vergili°.

O xp̄e nouimus te ſolū) redēptorē et illuminatorē (te) ⁊ non aliū pura mēte ⁊ (ſimplici). i. ſine ypocriſi (queſumus flendo) pctā canēdo. i. laudando te (intende) ideſt p̄be aſſenſum (noſtris ſenſibus). i. intentionibus.

¶ Te chriſte ſolum nouimus
Te mente pura & ſimplici
Flendo canendo queſumus
Intende noſtris ſenſibus.

Multa). i. multe v̄tutes (ſunt illita nobis) i. iuncta vel vncta (fucis). i. falſis colorib⁹. Fuc⁹ ē: falſus color qui mixtus inter veros colores obfuſcat eos (que) omnino (pur-

¶ Sunt multa fucis illita
Que luce purgentur tua:

Digitized by Google

Tu lux eoy ſyderis
Vultu ſereno illumina.

gentur tua luce) ideſt tuo ſplendore benedi co tua luce quia o tu chriſte es lux (eoy ſyderis) ideſt orientalis: ſcilicet patris: et ideo (illumina nos ſereno vultu) ideſt claritate ſpiritus ſancti.

Additio. Fucus color ceruleus eſt: nam licet ſumatur pro animali furtim mella apū deuoranti: tamen ſecundum Seruium herba eſt qua tinguntur veſtes ⁊ verus color amittitur ⁊ per tranſlationem ſumitur pro fraude ſeu aſtucia ⁊ inſidiis quibus veritas occultatur vt Teren. fucum factum mulieri. inde eſt fuco. as. quod eſt coloro. as. Verg. ii. georgi. Alba neq; aſſirio fucatur lana veneno. inde etiam fucilis. pe. cor i. falſus. — Fucus. — Fuco. as. Vergili⁹.

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas veſpertinas quarta feria: in qua ſol & luna creati ſunt. itaq; illorum officia commemorat petitq; cor noſtrum illuſtrari.

Celi deus ſanctiſſime
Qui lucidū centrū poli:
Candore pingis igneo
Augens decoro lumine.

Materia hui⁹ hymni eſt laus quā conſona voce. ſ. corde ⁊ opere tenemur deo pſoluere: ideo ſ. qz ad vtilitatē nr̄i oia cōſtruxit ⁊ fecit vt celū ⁊ terrā ⁊ multa alia. Primo fecit celū ⁊ terrā: poſtea mare: quarta die ſolē ⁊ lunā. ⁊c. itē vt ad brauiū ſue remunerationis nobis pateat acceſſus p̄terita ⁊ p̄ſentia dimittēdo pctā nos ad ſui amorē faciat puenire (O ſanctiſſime deus celi qui pingis). i. decoras (lucidū poli centrū). i. ſpaciū vel punctū poli vel zodiacū per quē ſigna decurrūt. zodias animal interp̄tatur. cētrū eſt medietas ſpere. Hic poſuit centrum pro celo. ideſt partem pro toto (igneo candore). i. ſplendore tu dico (augēs decoro lumine) ideſt claritate. ſ. centrum poli cum pictura ſ. claritate ſtellarum. — Zodias — Centrum

Quarto dei qui flammeam
Solis rotam conſtituens.
Lune miniſtrans ordinem
Vagoſq; curſus ſyderum.

Tu qui cōſtitues rotā ſolis flāmeā). i. ardētē q̄rto die. Rotādū eſt q: p q̄ttuor dies mūdus ſine ſole pmāſit. Prima die facta eſt angelica creatura. Scd̄a die celū ⁊ aer. Tercia die terra ⁊ aqua. Quarta die ſol ⁊ luna. Quinta die piſces ⁊ aues. Sexta die animalia ⁊ hoīes (⁊ tu es miniſtrans) tribuens (ordinē lune et vagos) ideſt varios (ſyderū curſus) ideſt ſtellarum motus: quia non currunt curſo eodem ſemper ſtelle vel quantum ad planetas eſt vagus curſus alius eſt enim curſus lune alius curſus ſolis. alius ſyderum. — Spationes dierū.

Vt noctibus vel lumini
Direptionis terminum:
Primordiis & menſium
Signum daret notiſſimum.

Et quare: vt luna daret (terminum direptionis) ideſt ſeparationis vel diuiſiōis noctibus. vel etiam lumini diei vt daret notiſſimum ſignū primordiis ideſt principiis (mēſium) quia menſis habet. xxx. dies paulo plus vel minus.

Illumina cor hominum
Abſterge ſordes mentium:
Reſolue culpe vinculum
Euerte moles criminum.

Et quia tu feciſti hec omnia: illumina cor hominum et abſterge ſordes) ideſt prauas cogitationes mentium noſtrarum (reſolue culpe vinculum euerte moles criminum) ideſt magnitudines peccatorum.

Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas nocturnas feria. v. Petimus a chriſto per noctis tenebras ut animi caligine excuſſa lumen gratie in nobis infundat.

Nox atra rerum contegit
Terre colores omnium
Nos cōfitētes poſcimus
Te iuſte iudex cordium.

Materia huius hymni eſt rogare deū vt ipſe caliginem mentis ac corporis a nobis expellat. Rogamus etiam in hoc clementiā dei vt nos defendat ab hoſte antiquo: ⁊ expellat intrinſecam obſcuritatem ⁊ mentis ⁊ cor

poris caliginem ⁊ ſui luminis claritatem concedat. (Atra nox) ideſt diabolus vel peccatū (contegit) ideſt obtenebrat (colores omnium rerū terre) quia noctis obſcuritas omnia contegit ⁊ colores herbarum ⁊ ceterarum rerum in ſuis profundis tenebris obducit ⁊ ſepellit. Sed cū hoc ſit nunc ꝙ lucē ſyderis habeamus in mente ⁊ hoc in mediis noctibus. i. quando mundus ſedet in tenebris ⁊ plus ſemꝑ creſcunt incēdia carnis ſurgamus confitētes deum. ſ. iudicē cordiū noſtroꝝ. ⁊ rogemus iudicē vt auferat a nobis caliginem peccatorum ⁊ det nobis ſue gratie dulcedinem. Et ideo cum nox atra contegit. i. tenebroſos reddit colores omnium rerum terre (nos confitentes) tibi peccata noſtra (poſcimus te). i. poſcim⁹ ea que ſunt vite. ſ. miſericordiam (te dico o iuſte iudex cordium). i. animarū noſtrarū. ⁊ quare.

(Vt auferas piacula) ideſt grauia peccata (⁊ abluas mentis ſordes) ideſt ſuggeſtiones diabolicas que pungunt nos. ⁊ (xp̄e dones gratiam) ſancti ſpiritus (vt crimina arceantur) ideſt expellantur: ⁊ quare.

¶ Vt auferas piacula
Sordeſq̧ mentis abluas
Doneſq̧ chriſte gratiam
Vt arceantur crimina.

Dico ꝙ expellantur crimina. ⁊ q̄re? q̄r ecce mēs impia). i. peccatrix (torpet). i. pigreſcit (quā mētē culpa noxia). i. mala (mordet) ideſt ligatam tenet (⁊ mens geſtit) ideſt cupit (tollere) ideſt depellere a ſe (obſcura). i. peccata ⁊ geſtit te querere o redemptor:

¶ Mens ecce torpet impia
Quam culpa mordet noxia
Obſcura geſtit tollere
Et te redemptor querere.

Et quia geſtit te (repelle intrinſecus). ideſt examina (caliginem) cecitatem peccati (q̄ꝫ maxime) ideſt multum vt illa mens (gaudeat ſe collocari in beato lumine) ideſt eterna beatitudine.

¶ Repelle tu caliginem
Intrinſecus q̄ꝫ maxime:
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad laudes matutinas feria quinta. Veniente luce petit a nobis abigi tenebras peccatorum cum maxime habeamus iudicem cuncta cernentem.

Iſte hymn⁹ cōtinet idē cū ſuperiori hymno: ſed intētio verſus hec eſt. ſ. ne oculi peccēt Hic ponit̄ anapeſtus ꝓ ſpondeo ⁊ ſpōde⁹ ſecūdo loco ponit̄ ꝓ iābo. Nox vſq̧ modo texit colores terre: ſ3 modo diſcedit q̄r (ecce lux aurea). i. euangelica predicatio (ſurgit) i cordā noſtra ⁊ ideo omnis cecitas (pallēs). i. diabolus (fatiſcat). i. euaneſcat. quia cecitas (traxit). i. duxit (noſmetipſos in p̄ceps). i. in ruinam vel in precipitium (diu) ideſt. multum deuio errore.

¶ Lux ecce ſurgit aurea
Pallens fatiſcat cecitas:
Quę noſmet i p̄ceps diu
Errore traxit deuio.

Dixit ꝙ lux ſurrexit ⁊ ideo (hec lux cōferat nobis ſerenum) ideſt virtutem ſpiritus ſancti ⁊ (preſtet nos puros) ideſt donet nobis puritatem anime (ſibi) ideſt ad honorem ſuum. ⁊ hoc ſit (vt nihil loquamur ſubdolum) ideſt deceptiuum (⁊ nihil voluamus obſcurum). i. nullum cogitemus peccatum.

¶ Hæc lux ſerenum conferat
Puroſq̧ nos preſtet ſibi:
Nihil loquamur ſubdolum
Voluamus obſcurum nihil.

Tota dies) ideſt totū tempus vite nr̄e (decurrat ſic) vt nō loquēdo ſubdolū (nec lingua mēdax ſit). i. ne dicat mēdaciū (nec manus peccēt). i. nō faciant aut operētur aliq̄d mali (nec oculi lubrici peccēt). i. vidēdo ⁊ concupiſcēdo illicita (nec noxa). i. culpa (iquinet) i. nō polluat corpus noſtrum.

¶ Sic tota decurrat dies
Nec lingua mendax nec manus:
Oculi ne peccent lubrici
Nec noxa corpus inquinet.

Digitized by Google

¶ Speculator aſtat deſuper
Qui nos diebus omnibus:
Actuſq́ʒ noſtros proſpicit
A luce prima in ueſperum.

☞ Et nolite peccare qꝛ (ſpeculatoꝛ).i.dn̄s (aſtat).i.ꝓſpicit(deſuꝑ).i.de celo(qui nos oı̄bus diebus).i.quottidie ⁊(actus nr̄os ꝓſpicit).i.videt et cōſiderat(a prima luce).i.a natiuitate(in veſperū) vſqʒ in noctem.

¶ Carmē eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas ueſpertinas quinta feria. quo die quia ex aqua piſces & aues create ſunt: petit ut non deprimamur peccato nec extollamur ſuperbia.

☞ In hoc hymno cōtinet̄ qđ deus fecit i q̄nto die.ſ.creauit piſces ⁊ aues ex aq̄ ⁊ ipſorū q̄ ex aq̄ fecit partim imiſit gurgiti vt piſces: partim leuauit in aera vt aues. Creauit ꝙꝗ cete grādia bn̄dixitq́ʒ eis dicēs. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aq̄s maris: aueſq́ʒ multiplicētur ſup terrā. Piſces ⁊ aues de aqua ſunt orti. ſed aues nō comedūtur in omni tp̄e vt piſces. qđ ideo ſit: qꝛ aues p̄ coitū generātur: vt ⁊ nos ghamꝰ. qđ nō eſt in piſcibꝰ. vel qꝛ ſunt calidioꝛis nature. Intēdit etiā autoꝛ rogare deū vt nos q̄ ſumus abluti ſacro baptiſmate ſic fuet: vt neſciamꝰ lapſus criminū ⁊ vt mala culpa nō deprimat nos.i.criminalia pct̄ā. — Natura piſcium ⁊ auiū vna.

Magne deus potētie
Qui ex aq̄s ortū genus:
Partim remittis gurgiti
Partim leuas in aera.

(O deꝰ magne potētie q̄ remittis genꝰ).i.piſces ⁊ aues. genꝰ dico(ortū ex aq̄s).ſ. baptiſmatis(partim gurgiti).i.in mari.i.in inferno vt piſces.i.malos hoīes(⁊ leuas partim in aera) vt aues.i.bonos homines.q.d. Sicut in aere aues collocaſti: ita in celo hoīes vel ſctōs.

¶ Dimerſa limphis imprimens
Subuecta celis irrogans:
Vt ſtirpe una prodita
Diuerſa rapiant loca.

☞ Tu dico(ıp̄rimēs).i. ſubmergēs(dimerſa).i.deorſum merſa vt piſces.i.malos hoīes (lymphis).i.aq̄s īfernalibꝰ(⁊ irrogās).i. ſubleuās(ſubuecta).i.ſurſum vecta vt aues.i.puros hoīes(prodita) i.orta (vna ſtirpe).i.vno baptiſmate renati(rapiant) ideſt accipiant (diuerſa loca) vt aera ⁊ aquam ideſt vitam eternam aut eternam damnationem.

¶ Largire cunctis ſeruulis
Quos mundat unda ſanguinis:
Neſcire lapſus criminum
Nec ferre mortis tedium.

☞ Et tu q̄ oīa feciſti largire).i.tribue hoc ſ.(neſcire lapſus criminū).i.caſum illū: qui ī baptiſmo dimiſſus eſt(cunctis ſeruulis) tuis (quos vnda ſanguinis)tui mūdat a pct̄ō nec pro ⁊ nō tribue nos(ferre).i. poꝛtare vel habere(tediū mortis).i.penā diaboli.

¶ Vt culpa nullum deprimat
Nullum leuet iactantia:
Eliſa mens ne concidat
Elata mens ne corruat.

☞ Ad hoc largire (vt culpa).i. graue peccatū(nō d̄ꝑmat).i.aggrauet vel aggrauat vllū xp̄ianū(⁊ iactātia).i.ſupbia de bōis (nō leuet).i.nō tollat vllū(⁊ mēs eliſa) .i. ꝑcuſſa vel vulnerata a vitiis(ne cōcidat).i.non incidat in deſperationē(ne) ꝓ ⁊(elata mens) .i. inflata p̄ ſupbiā(ne corruat)in infernum.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas nocturnas feria ſexta. petit a deo medicinā peccatorū iam preteritorum: & antidotum quo premuniamur ab inſtantibus peccatis.

Tu trinitatis unitas
Orbē potēter qui regis.
Attende laudum cātica
Que excubantes pſallimus.

☞ In hoc hymno nos hortatur auctoꝛ de ſomno ſurgere ⁊ medelam vitioꝛuʒ querere intendit etiā in hoc hymno ipſam trinitatē laudare vel inuocare per quā mūdus regitur vt impleat nos ſuo lumine: vt quicquid peccauimus fraude demonū ipſe chriſtꝰ ab-

ſtergat celitus. O(tu vnitas).i.o tu ſancte ſpiritus qui procedis a patre ⁊ a filio(trinitatis) vnus deus in trinitate(qui regis).i.qui gubernas(potenter) ideſt potentia tua (orbem).i. mundum(intende).i.reſpice vel auſculta(laudum cantica)ideſt carmina hymnorũ noſtrorum(que)cantica(excubantes).i.vigilantes(pſallimus)i.cantamus.

Lect' vnde.

Nam conſurgimus omnes lectulo).i. deſida. Lectus dicitur ab electis ⁊ mollibus herbis ſup quas antiqui requieſcebãt (quieto tempore)ideſt in horis noctis. ⁊ ad quid (vt flagitemus)ideſt imploremus(a te medelam omnium vulnerum).i.indulgentiã omnium peccatorum noſtrorum.

Nam lectulo conſurgimus
Noctis quieto tempore:
Vt flagitemus uulnerum
A te medelam omnium.

Quo pro. vt ⁊ (vt poteſtas glorie tue) ideſt tue laudis (abſtergat)ideſt abluat(celitus)ideſt diuinitus illud peccatũ ⁊ quicquid vitiorum.i.peccatorum (deliquimus).i.fraude vel deceptione demonum peccauimus in noctibus.i.in tenebris vitiorum.

Quo fraude q̃cquid demonũ
In noctibus deliquimus:
Abſtergat illud celitus
Tue poteſtas glorie.

Ne)pro ⁊.⁊ pro non(noſtrũ corpus nõ ſit ſordidũ).i.pollutũ vel fetidũ (nec torpor) i.pigritia vel malicia(cordiũ)noſtrorum(inſtet nobis ⁊ ardor ſpirit')ideſt amor vel gratia ſpiritus ſancti(nõ tepeſcat).i.non deficiat in nobis(contagio)ideſt propter maculã vel inquinationem(criminis). ideſt peccati.

Ne corpus adſit ſordidum
Nec torpor inſtet cordium:
Nec criminis contagio
Tepeſcat ardor ſpiritus.

Et amor tue grẽ non deficiat in nobis (ob hoc)ideſt ꝓpter hoc (o redemptor queſumus te reple nos tuo lumine)ideſt ſplendore(per quod)lumen (nõ ruamur vllis actibus)ideſt non cadamus vllis peccatis(circulis dierum) ideſt in reuolutionibus dierum.

Ob hoc redemptor queſumus
Reple tuo nos lumine:
Per quod dierum circulis
Nullis ruamur actibus.

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas Feria ſexta: quia iam lux ſolis aduentat. Petit ut illuſtremur diuina luce quo permaneamus in ſpe fide & charitate.

Materia huius hymni eſt inuocatio ad chriſtum filium beate Marie virginis vt dignetur nobis ſuam miſericordiam tribuere et dexteram porrigere vt mereamur corroborationem fidei ſpei et charitatis obtinere. o chriſte tu dico (eterna gloria celi) ideſt angelorum: vel quia pater per te glorificatur et (o beata ſpes mortalium) ideſt chriſtianorum et (o vnice celſitonantis) id eſt celeſtis patris ſecundum diuinitatem et (o proles) ideſt fili (caſte virginis) ſecundum humanitatem.

ETerna celi gloria
Beata ſpes mortalium:
Celſitonantis unice
Caſteq; proles uirginis.

Da dexteram) ideſt auxilium tuũ nobis (ſurgẽtibus) a vitiis (⁊ ita mens noſtra ſobria) ideſt abſtinens (exurgat) ſcilicet ad laudẽ tuam(q;)pro ⁊(illa flagrans) ideſt ardens(in laudem)ideſt cõmemorationem dei (rependat)ideſt perſoluat (debitas grates) ſcilicet hymnis ⁊ canticis deo omnipotenti.

Da dexteram ſurgentibus
Exurgat & mens ſobria:
Flagranſq; in laudem dei
Grates rependat debitas.

¶ Ortus refulget lucifer
Sparſamq́ lucem nunciat:
Cadit caligo noctium
Lux ſancta nos illuminet.

Lucifer. ſ. ſtella matutina). i. xp̄s nat⁹ refulget ⁊ nūciat mūdo (lucē ſparſam). i. natam ⁊ vndiq́ diſpſam. ⁊ vere nunciat: q: (caligo noctiū). i. obſcuritas diaboli (cadit). i. recedit. ⁊ ideo (lux ſcta). i. xp̄s q̄ eſt lux ſctificata (nos illuminet) lumine ſpūſſcti ⁊ ſanctificet nos ⁊ ſaluet nos.

¶ Manenſq́ noſtris ſenſibus
Noctem repellat ſæculi:
Omniq́ fine diei
Purgata ſeruet pectora.

Et ipſa lux manēs). i. ꝑmanens in (nr̄is ſenſib⁹). i. in nob: q: habem⁹ qnq́ ſenſus corporeos (repellat) a nob (noctē). i. diaboliū (ſcli huius). i. mundi. ⁊ illa lux (ſeruet pectora) noſtra (purgata) a vitijs (omni fine diei). i. oīm tpe vite noſtre.

¶ Quæſita iam primum fides
Radicet altis ſenſibus:
Secunda ſpes congaudeat
Qua maior extat charitas.

Fides) q̄ſita a nob in baptiſmo (iā primū). i. cito ideo dicit (p̄mū) q: fides p̄ma cognoīatur inter v̄tutes in illo loco: vbi dicit. Fides ſpes ⁊c. (radicet). i. ponat radices ſenſibus nr̄is (altis). i. ꝓfundis (ſcda ſpes). i. ꝓſpera ꝑ quā ſpē ſperam⁹ vitā (ↄgaudeat). i. ſimul letet̄ ⁊ creſcat (qua). ſ. ſpe: ⁊ etiā fides charitas extat maior. iuxta illō apl̄i. Maior aūt hoꝝ eſt charitas. Aplus. ſ. Capi. iiij.

Additio. Legitur etiam queſita iam pridem fides ⁊ fecunda ſpes cō. i. fertilis cū meritis bonorum operum.

¶ Carmē eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas ueſptinas feria ſexta. Quo die quia beſtie & reptilia cum hoīe creata ſunt ꝓpter hoīem purgari a peccato & donari æternis præmiis petit.

Plaſmator hominis deus
Qui cuncta ſolus ordinās:
Humum iubes producere
Reptantis & fere genus.

In hoc hymno cognoſcit̄ illud qđ fecit de⁹ in ſexta die: creatis ſcꝫ de reptilib⁹. ſ. piſcibus: auib⁹: ⁊ alijs beſtijs: ſexta die formauit de⁹ adā ⁊ ꝑfecit eū oīb⁹ aīalib⁹ dicēs. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā: ⁊ dn̄amini piſcib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ vniuerſis q̄ viuunt ſup terrā: poſuitq́ eū in paradiſo delitiaꝝ vt oparet̄ ⁊ cuſtodiret illō. Intēdit itaq́ auctor rogare deū: vt ſicut fecit hoīem ſupiorē cūctis aīantib⁹: ſic faciat vt nō ſit inferior aīalib⁹ ꝓpter pctā ſua. ¶ Querit̄ cur de⁹ hoīes creauit q̄s malos futuros p̄ſciebat: q: ſicut p̄uidit q̄d mali eēnt facturi: ſic etiā p̄uidebat de malis factis eoꝝ q̄d boni ipſe factur⁹ eſſet: vel q̄ boni hoīes eēnt futuri. O (de⁹ plaſmator). i. creator (hoīs). ſ. ade (q̄ ſol⁹ ordinās cūcta). i. diſponēs (iubes ꝓducere). i. procreare ꝑmittis (humū). i. terrā vel humū. i. eccliā. ſ. bonos ⁊ malos hoīes. Eccl̄ia ē ↄgregatio fideliū (gen⁹ reptātis) vt ſerpentū (⁊ fere). i. beſtiaꝝ. quare de⁹ creauit futuros malos. Eccleſia.

¶ Qui magna rerum corpora
Dictu iubentis uiuida:
Vt ſeruiant per ordinem
Subdens dediſti homini.

Et o tu de⁹ q̄ feciſti (dictu iubētis). i. verbo tuo p̄cipiētis (magna corpa). i. iumēta pecora beſtias oīm ſpecieꝝ diuerſaꝝ (viuida). i. aīata (⁊ ſubdēs). i. ſupponēs illa aīalia (dediſti homini vt ſuiant ꝑ ordinē). i. vt oīa aīalia ſuppoſita ſint homini q̄dā vt hoīes illa aīalia comederēt ſcꝫ boues oues lepores ⁊ porcos ⁊ talia. ⁊ alia vt illis vterent̄ ⁊ illa eq̄tarēt: vt equos ⁊ mulos ⁊ ſic de ceteris.

¶ Repelle a ſeruis tuis
Quicquid per immundiciam:
Aut moribus ſe ſuggerit
Aut actibus ſe interſerit:

Et o de⁹ (repelle a ſuis tuis q̄cq̄d ſuggerit). i. īfert (ſe ꝑ immūdiciā). i. ꝑ aliquā ſuꝑfluitatē culpā vel turpitudinē vel ꝑ ſordidaꝫ comeſtionē (aut morib⁹). i. ꝑ prauā ↄſuetudinē: vt cū aliq̄s poſtq̄ incepit peccare neq̄t ſe abſtinere: ſed vult ſemꝑ ꝑſeuerare (aut inter

Digitized by Google

ſcrit ſe).i.miſcet(actibus).i.opationibus.ſ.cū mala facimus.

¶ Da pmia).i.remunerationē gaudiorū eternorum(da munera gratiarum) ideſt dona ſpiritusſancti (diſſolue vincula litis) ideſt diſſliga vel diſrumpe peccati odiū(aſtringe)ideſt coniunge federa pacis)ideſt contubernia ſuperne pacis.

¶ Da gaudiorum præmia
Da gratiarum munera:
Diſſolue litis uincula
Aſtringe pacis fœdera.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas nocturnas die ſabbato. Surgentibus nocte ad cantandū. petit ut ardentes igne ſpūs ſancti uitam eternam mereamur.

¶ Materia hui^9 hymni eſt cognitionem habere trinitatis in vnitate ꝛ vnitatis in trinitate. Intēdit etiā auctor rogare deū vt cingat lumbos nr̄os cingulo caſtitatis ꝛ adurat.i. inflāmet vel repleat corda nr̄a igne ſpūs ſcti vt caſto corpe ꝛ mūdo deo ſuire mereamur.

Vmme deus clæmentiæ
Mundiq; factor machine
Vnus potentialiter
Trinus perſonaliter.

(O deus ſumme clemētie).i.alte pietatis ꝛ o(factor).i. cōpoſitor(machine).i.ſtructure(mundi tu dico vnus potentialiter).i.in potenti.ſecundum diuinitatem(ꝛ trinus perſonaliter).i. trinus in perſonis.

¶ Et tu pius)nominatiuus p vocatiuo(ſuſcipe benigne nr̄os flet^9).i.lachrymas (cū canticis).i.cū hymnis vel laudib^9(quo)p vt(fruamur te larg^9).i.amplius ꝛ hoc(corde puro).i. mūdo(ſordidus).i.a vitiis.

¶ Noſtros pius cum canticis
Fletus benigne ſuſcipe:
Quo corde puro ſordibus
Te perfruamur largius.

¶ Adure).i.accende(igne cōgruo).i.ſpū ſctō(lūbos nr̄os ꝛ iecur).ſ.epar morbidū ad morbū ꝛ pctm inclinatū. Et nota q hec tria
Tria cogūt hoīeꝫ peccare. iecur: cerebrū lumbi cogūt hoiem peccare vt ſint accincti.i.vt lumbi ſint caſti ↄtra libidinē(ppetim).i.ſemp(remoto peſſimo luxu).i. iniquo luxu.i.remota peſſima luxuria ꝛ alia vitia ſint procul.

¶ Lumbos iecurq; morbidum
Adure igne congruo:
Accincti ut ſit perpetim
Luxu remoto peſſimo.

¶ Vt q;.i.q;ſq;(ↄcinendo).i.pſallendo (rūpimus).i.dū vigilam^9.ſ.diuidimus horas noctiū oēs ditemur.diuites efficiamur (affatim).i.abūdāter(donis bte patrie).i.btitudine.ſ.patrie celeſtis.

¶ Vt quiq; horas noctium
Nunc concinendo rumpimus:
Donis beate patrie
Ditemur omnes afatim.

¶ Carmē eſt quale illud primo dierū. Canitur ad laudes matutinas die ſabbato. facta mentione lucis aduentātis: petit illuſtrari diuina luce ut fruamur cognitione dei poſt mortem.

¶ Hymnus iſte ↄtinuatur ſuperiori.ita nos rumpimus horas noctium vt nos omnes ditemur ideſt diuites ſimus in xp̄o ꝛ ecce aurora.i.xp̄s iam ſpargit polū.i.illuminat corda hominū. Hortatur etiā nos vt taliter nos habeamus in hoc ſeclo vel in mane vt ad illō vltimū mane venire poſſim^9 ꝛ audire mereamur.ſ. Venite bn̄dicti pr̄is mei ꝛc. nam finito mundi termino pctores ppetue tenebris obſcuritatis tradent̄. Fidelibus vero ꝛ iuſtis q in hac vita ſunt nō in noctē: ſed in lucē gloriā ꝛ premium effluet.i.abundāter clareſcet. ꝛ hoc eſt quod precamur(Aurora)ideſt chriſtus (ſpargit polum)ideſt illuminat mentes vel eccleſiam(ꝛ dies illabitur)ideſt immergitur (terris

Vrora iam ſpargit polū
Terris dies illabitur:
Lucis reſultat ſpiculum
Diſcedat omne lubricum.

Digitized by Google

⁊ ſpeculum) ideſt pulchritudo vel aſpectus lucis ideſt claritas reſultat. ⁊ ideo (omne lubricum) ideſt omne peccatum) diſcedat a nobis.

℄ Phantaſma noctis decidat
Mentis reatus ſubruat:
Quicquid tenebris horridum
Nos attulit culpe cadat.

℟ Phantaſma). i. phantaſia vel illuſio (noctis) ideſt diaboli (decidat). i. cadat vel ruat (reatus) ideſt culpa (mentis ſubruat). i. cadat a nobis (⁊ quicquid horridum). i. difforme (culpe nox) ideſt diabolus vel nocturna cogitatio (attulit nobis in tenebris) cadat a nobis.

℄ Vt mane illud ultimum
Quod præſtolamur cernui:
In lucem nobis effluat
Dum hoc canore concrepat.

℟ Ut mane illud vltimū). i. iudiciū futurū vel charitas. i. aduēt⁹ xp̄i (qđ mane cernui). i. inclinati (p̄ſtolamur) ſperam⁹ vel ſpectamus (effluat). i. eueniat (nob̄ in lucē dū hoc). i. nox (ↄcrepat). i. reſonat (canore). i. cātu vł laude.

℄ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas ueſpertinas die ſabbato quia iam ſol tendit ad occaſum: petit diuino lumine illuſtrari: hortaturq; deum omni tempore laudare.

O Lux beata trinitas
Et principalis unitas
Iam ſol recedit igneus
Infunde lumen cordibus.

¶ In hoc hymno materia ſumit̄ circa qualitatem t̄pis die recedente ⁊ nocte adueniente. intendit inuocare trinum deū in p̄ſonis ⁊ trinitatem in vnitate vt fundat in cordibus noſtris lumen ſp̄ūſſancti vt ſupplices mereamur laudare deū. ſ. in p̄ſperis ⁊ in aduerſis. ⁊ ita ↄcedat nobis: tranſire diem ⁊ noctem ſine pcc̄o ⁊ ſine impedimento ſathane ⁊ hoc eſt (o beata trinitas). i. o deus lux hoīm vel mundi vel angelorū (⁊ vnitas p̄ncipalis). i. q̄ habet p̄ncipatum ſuper angelos (ſol). i. xp̄s (igneus recedit) a nobis iam ideo (infunde lumen). i. ſp̄m (cordibus nr̄is). i. ſenſibus vt illud habere mereamur.

℄ Te mane laudum carmine
Te deprecemur ueſperi:
Te noſtra ſupplex gloria
Per cuncta laudet ſæcula.

℟ Dico infunde ſp̄m ſanctum vt deprecemur te ⁊ vt adiuues nos in principio vel mane. i. in t̄pe matutino laudum (carmine) ſero mane meridie ⁊ tota die debemus laudare deum. ⁊ orare per ſingulas horas. ſ. quotidie ⁊ omnibus horis in omni t̄pe. Unde ait propheta. Ueſpere ⁊ mane meridie ⁊c. (deprecemur veſperi). i. in fine mundi (noſtra ſupplex). i. humilis gloria laudet te (per cuncta ſc̄la). i. per omnia ſecula ⁊ hoc perpetue ideſt ſine fine.

℄ Carmen eſt dimetrum iambicum magna ex parte cacometrum Canitur aduentus tempore: itaq; & incarnationis chriſti & utriuſq; aduentus illius mentionem facit.

Conditor alme ſyderum
Eterna lux credentium:
Chriſte redēptor omniū
Exaudi preces ſupplicum.

℟ Materia huius hymni eſt de aduentu chriſti et de incarnatione eiuſdē. quia deus deſcendens de celo ſe exinaniuit formā ſerui accipiens. et humiliauit ſe vſq; ad mortem ⁊ qualiter egreſſus eſt de honeſtiſſima clauſula v̄ginis tanq̄ ſponſus de thalamo ſuo cui ſponte oīa obediuit. ſ. terreſtria celeſtia ⁊ infernalia. Intendit etiam rogare deū vt p̄ hanc incarnationem nr̄as p̄ces exaudire dignetur ⁊ a ſagitta diaboli liberare. O (conditor) qui eſt compoſitor (alme ſyderum). i. ſtellarum

Digitized by Google

o(eterna lux credentium).i.xp̄ianoꝝ fidelium.o(xp̄e redemptoꝛ oium) hoim(exaudi p̄ces ſupplicum).i.humilium tibi ſupplicantium.

Alm⁹ vn̄. Additio. Cōditoꝛ ꝙ̄ ꝛ vn̄ vide ſupra in hym. Eterne rex ꝯditoꝛ. Alm⁹ aūt ab alendo ꝺꝛ.alit aūt ꝯditoꝛ nr̄.i.creatoꝛ de⁹ oīa ꝙ̄ ꝯdedit ꝑ ꝯſuationē qꝛ ſicut ſine ipſo
Vergili⁹. factū eſt nihil:ita ſine ei⁹ ꝯſeruatiōe nihil ꝑmaneret in eſſe iuxta illō Vergi.vi.enei. P̄n cipio celū ꝛ terras cāpoſqꝫ liq̄ntes. Luciqꝫ.g.l.t.qꝫ.a. Sp̄ūs intus alit.ꝛc̄. eſt aūt ꝓpꝛiū ꝺei epithetū ꝛ attributū eſſe almū. Sydeꝝ aūt dicit notāter.nam ſi ſupoꝝ eſt ꝯditoꝛ.ergo ꝛ inferioꝝ.vt explodaꝉ hereſis negantiū viſibiliū eſſe ꝯditorē ꝛ coꝝ ꝙ̄ ſydera ꝛ planetas adoꝛāt aut obſeruāt. Eterna lux credentiū tangiꝉ in his v̄bis ſcōm dei bn̄ficiū.ſ. reformationis:qꝛ
Chꝛiſtus. ꝑmū fuit formatiōis. Xp̄s ꝺꝛ a chꝛiſmate.i. vnctiōe ꝛ interp̄taꝉ vnctus:qꝛ illi eſt regale ſa-
Redēptoꝛ cerdotiū in eternū ſm ordinē melcℏi. Redēptoꝛ v̄o ꝺꝛ a redimēdo.redimo v̄o a re ꝛ emo.ꝑ
Redimo ꝛ interpoſitionē.d.euphonie cauſa vt eſt in redeo.bene ꝺꝛ redemptoꝛ qꝛ p̄cio ſanguinis ſu-
Exaudire os a captiuitate liberauit.qꝺ ſummum eſt beneficium ſcōm aug. Exaudire plus eſt quam audire:qꝛ audit deus oēs ꝛ exaudit in noīe ſuo petentes.dicit p̄ces ſupplicum.nam de⁹ humilia reſpicit:dando grām.alta vero a longe cognoſcit.

Qui condolens).i. nobiſcū dolens vel compatiens(ſeculum) i.ſeculares(perire interitu).i. pena infernali(ſaluaſti). i. liberaſti de poteſtate diaboli(mundū languidum). i. languentem in peccatis(donans remediū).i. redemptionem tui ſanguinis(reis).i. peccatoribus.

Qui condolens interitu
Mortis perire ſæculum:
Saluaſti mundum languidum
Donans reis remedium.

Seculum Additio. Seculū ꝺꝛ a ſequendo ſe eo quod ſequatur atqꝫ in ſe reuoluatur.eſt autez ꝓprie ſeculum ſpacium centum annoꝝ vt videre eſt in carmine ſeculari hora-
Reus. tii. Reus ꝺꝛ quicunqꝫ rem ſuam defendit in iudicio ꝛ licet innocens ſit qꝛ contra reū ſemꝑ eſt p̄ſumptio.accipitur ꝓ nocente vnde ꝺꝛ reus eſt mortis.

Vergente mūdi veſpe).i. appropinquāte vel declināte fine mūdi:es ſic(egreſſus)ſuppl e(vti) ꝓ ſicut(ſpōſus)egrediꝉ (de thalamo) egreſſ⁹ inꝙ̄ de (honeſtiſſima). i.ꝺ caſtiſſima (clauſula) i.clauſtro (v̄ginis marie) mr̄is tue.

Vergente mundi ueſpere
Vti ſponſus de thalamo
Egreſſus honeſtiſſima
Virginis matris clauſula.

Vergo.is Additio. Vergente a vergo.is.ſi.vel.xi. quod eſt inclinare deſcendit. vergente ergo.i.appropinquante ad finē. vnde ap̄lus.poſtꝙ̄ venit plenitudo tp̄is miſit de⁹ fi.ꝛc̄.clauſula ſignanter dixit qꝛ de ea dictū ē mulier circūdabit virū non cū alia vnꝙ̄ circūdedit saluis vez pudicitie v̄ginalis clauſtri

Et ideo qꝛ egreſſus es:vel quia ſaluaſti mūdū(forti potētie cui⁹) i.xp̄i(oīa curuāꝉ genu).i laudādo ip̄m(celeſtia).i.angeli (terreſtria) i.hoīes(fatenꝉ ſubdita).i.ꝯfitēꝉ illi ſub iecta eſſe(nutu).i.ſpōte ꝛ ad ſuā voluntatē:et qꝛ obediūt nr̄o ſaluatori.ꝛ oīa clamāt deus me fecit ideo te dep̄camur.

Cuius forti potentie
Genu curuantur omnia:
Cœleſtia terreſtria
Nutu fatentur ſubdita.

Ergo qꝛ ita eſt(dep̄camur te o agie).i. o ſancte(venture iudex ſeculi) i.ad iudicium (conſerua nos in tempore)in hac vita(a telo hoſtis perfidi).i.a ſuggeſtione diaboli qui ſagitta dicitur.

Te deprecamur agie
Venture iudex ſæculi:
Conſerua nos in tempore
Hoſtis a telo perfidi.

Et qꝛ deus miſit filium ſuum chꝛiſtū vt nos redimeret:referam⁹ grās ei (laus honor v̄tus glīa deo patri ꝛ filio ſctō ſimul paraclyto).i.conſolatori(in ſempiterna ſecula amē.) ideſt ſine fine.

Laus honor uirtus gloria
Deo patri & filio:
Sancto ſimul paraclyto
In ſempiterna ſæcula.Amen.

Digitized by Google

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur tpe aduentus xpi. itaq̃ cõmemorata illius æterna generatiõe primi aduentus in quo carnem aſſumpſit: & ſecundi quo uenturus eſt meminit.

Verbũ ſupernum ꝓdiens
A patre olim exiens
Qui natus orbi ſubuenis
Curſu decliui temporis.

Iſte hymnꝰ agit de ſup:adicta materia ꝛ ꝯtinuaꝶ ſupꝰ ſic:ita xpſ egreſſus eſt de vtero v̾ginali vt ſpõſus de thalamo ſuo. et ideo oĩa ei humiliant. ꝛ nõ eſt mirũ qꝛ ipſe deſcendit de pr̃e.i.de celo. ꝛ hec eſt reſpõſio ꝯtra hereticos q̃ dicebãt xp̃m veniſſe ſed nõ de pr̃e.qbus rn̄dẽdũ eſt. (O ſupnũ v̾bũ) i.dei filius (ꝓdiẽs).i.manifeſtãs te ineffabiliter (a pr̃e olim exiẽs) qñ incarnatꝰ es (q̃ de matre natꝰ ſubuenis).i.ſuccurris (orbi) ꝑdito (curſu).i. plenitudine (tp̃is decliui).i.ꝓni vel declinati ad finem ſeculi.

Illumina nunc pectora
Tuoq̃ amore concrema:
Audito ut præconio
Sint pulſa tandem lubrica.

Et tu q̃ es talis illumina nũc in p̾ſenti tuo lumine nr̃a pectora (ꝛ ꝯcrema).i.accende (tuo amore).i.tua gr̃a (vt audito p̾conio) idest ꝑdicatiõe aploꝝ: vel audito p̾conio ꝓphetarum (lubrica).i.peccata (ſint pulſa) a noſtris cordibus (tandẽ) in fine ſeparatiõis corpis ꝛ anime.

Iudexq̃ cum poſt aderis
Rimari facta pectoris:
Reddens uicem pro abditis
Iuſtiſq̃ regnum pro bonis.

Et o tu ſupnũ v̾bũ).i.o fili dei (cũ aderis) idest affueris vel aduenerís (iudex poſt).i. in fine mũdi (rimari).i.exꝑiri vel inqrere (facta pectoris).i.pc̃ta cogitationũ. (ꝛ ſis reddens vicẽ).i.remunerationẽ (ꝓ abditis).i.ꝓ occultis pc̃tis. (ꝛ iuſtis).i.ſc̃tis regnũ eternũ ꝓ bonis opibꝰ q̃ in p̾ſenti ſc̃lo opati ſunt.

Non demum arctemur malis
Pro qualitate criminis:
Sed cum beatis compotes
Simus perennes celibes.

Et nõ arctemur).i.nõ ꝯſtringamur (demũ).i.ad vltimũ malũ (ꝓ q̃litate criminis) idest ꝓ magnitudine vel cumulo pctõꝝ (ſed ſimus cõpotes).i.ſimul potẽtes ſimus (cum beatis) idest ſanctis (perennes).i.perpetualiter vel ꝑennes.i.habitatores celoꝝ (celibes).i.celeſtẽ vitã ducentes.

Carmen eſt dimetrũ iambicũ ex parte cacometrũ. Canitur aduentus xpi tpe. Et facit mentionẽ utriuſq̃ aduentus ſicut in ſuperioribus hymnis factum eſt.

Vox clara ecce intonat
Obſcura quæq̃ increpat:
Pellãtur eminus ſomnia
Ab æthere xp̃s ꝓmicat.

Materia huiꝰ hymni idẽ eſt qḋ i ſupra dicto hymno dictũ ẽ ſupiꝰ ꝙ xp̃s venit oliʒ a pr̃e:q̃ ecce vox.i.p̾dicatio xpi intonat (ecce clara vox).i.ioãnes celeſtis (itonat).i.terribiliter p̾dicat de nube carnis penitẽtiã (ꝛ increpat q̃q̃ obſcura).i.oĩa vitia vel pc̃ta. ꝛ ideo oĩa (ſomnia).i.vana ꝛ muta pc̃ta (pellãꝶ eminꝰ).i.lõge qꝛ (xp̃s iã ꝓmicat).i.fulget (ab ethere).i.de celo.i.vł a diuia ſcriptura. ¶ Eminꝰ pe.co ſignificat de lõginq̃ loco. q. extra manẽs vł q. e manibꝰ vt telũ qḋ eminꝰ iaciꝶ. Vox pfecta ẽ alta.clara.ſuauis.alta vt clamare i ſublimis ſufficiat clara vt aures audiẽtiũ adipleat.ſuauis vt aures audiẽtiũ blãdiaꝶ. Si qḋ ex his defuerit pfecta vox nõ erit. Hec iſidorꝰ. Eminus.

Mens iam reſurgat torpida
Que ſorde extat ſaucia:
Sidus refulget iam nouum
Vt tollat omne noxium.

Et ideo (mens nr̃a torpida).i.pigra (reſurgat) a vitiis (q̃ mens extat ſaucia).i.manet vulnerata (ſorde).i.pc̃to. bede dicit ꝙ ſurgat mẽs qꝛ (ſydus).i.xp̃s (refulget) ꝑ ſpũ ſanctum (nouũ).i.de v̾gine natum (vt tollat).i.

remoueat a nobis (omne noxiũ). i. pccm.

Agnus). i. dei filius (mittit eſurſum). i. de celis (laxare). i. ꝯdonare (debitũ). i. originale pccm vel penas pcti (gratie). i. dono vl ſpōte ſua: ꝛ ſine aliq̃ remuneratione. ꝛ ideo (oēs demus vocem cũ lachrymis) i. ꝯfeſſionem peccatoꝝ (ꝓ indulgentia). i. ꝓ remiſſione peccatoꝝ.

Bene dico demus vocē cũ lachrymis: vt cũ ille agnus (fulſerit). i. fulgens aduenerit (ſcđo). i. aduētu. i. in iudicio ꝛ (horror). i. pauor illius (cinxerit) i. circũdederit (mũdũ) idest mũdano. (nos nō puniat). i. non dānet (ꝓ reatu) idest pro peccato (ſed pius). i. xp̃s ꝓpitius nobis (nos tunc ꝓtegat). i. defendat a poteſtate diaboli.

℄ E ſurſum agnus mittitur
Laxare gratis debitum:
Omnes pro indulgentia
Vocem demus cum lachrymis.

℄ Secundo ut cum fulſerit
Mundumq; horror cinxerit
Non pro reatu puniat:
Sed pius tunc nos protegat.

℄ Laus honor uirtus gloria
Deo patri & filio. ſancto ſimul. &c.

℄ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas diurnas tempore natalis xp̃iniani: in quo duplicis ortus eius mentionē facit: in tempore a matre: æternaliter a patre.

Materia hui⁹ hymni eſt inuocatio ad deũ vt veniat oñdere partũ v̄ginis ſed non ex virili ſemine: ſed diuino ſpũ coopante eſſe factũ ꝛ q̃liter egreſſus ē a p̄re: ꝛ regreſſus ad patrē ꝛ q̃liter eſt eq̃lis p̄ri ꝛ loq̃tur de p̄ſenti q̃ſi de futuro. Uel poſſum⁹ dicere ſm iſaz (Ueni redemptor gentiũ). i. oñde te illis q̃ in mũdo habuerũt noticiā tui. hoc eſt. veni redēptor. (O xp̃e redēptor gētiũ). i. gētiliũ vel iudeo: ſi (veni) in mētibus nr̃is (ꝛ oñde partũ v̄ginis) marie. ꝛ ideo (omne ſcl'm). i. ſcl'ares (miret). i. mirent (q: talis partus decet deũ) vez de ſpũ ſcto ꝛ maria v̄gine ꝑmanente.

Uere talis partus decet deũ q: nō ex virili ſemine (ſed myſtico ſpiramine). i. ſecreto ꝛ ſancto (verbum dei) i. filius dei (factum eſt caro). i. homo (ꝛ fruct⁹ vētris) marie (floruit) ideſt ſicut flos creuit. vnde maria v̄go eſt ſilius eius flos.

Et ecce (aluus v̄ginis). i. venter marie (tumeſcit). i. creſcit. ꝛ tñ (clauſtra pudoris). i. v̄ginitatis (permanent integra) q: v̄ginitas nō eſt violata (ꝛ vexilla) ſuple oīm v̄tutum. i. miracula (micāt). i. fulgēt vel v̄tutũ quarum de⁹ eſt vexillũ. i. cuſtos. ꝛ ideo (de⁹ verſatur in templo) quia receptus eſt a ſymeone vel verſat in templo ideſt in aluo Marie virginis.

Chriſtus procedens de thalamo ſuo). i. de vtero virginis: quia illa fuit ille lectus caſtitatis ſcilicet (de regia aula pudoris) ideſt de palatio regali criſtēe (gygas gemine ſubſtantie) ideſt diuinitatꝭ ꝛ humanitatis: quia deus eſt ꝛ homo. Gigas dicitur eo ꝙ inſeparabilis et irreuocabilis ad vitam huius mundi occurrit nobis. Unde dauid. Exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam. ꝛc̃. (vt alacris currat viam) ideſt de hoc mundo tranſeat ad patrem.

¶ Quare xp̃s dict⁹ eſt gigas. Dauid.

Ueni redemptor gentium
Oſtende partum uirginis
Miretur omne ſeculum
Talis decet partus deum.

℄ Non ex uirili ſemine
Sed myſtico ſpiramine:
Verbum dei factum caro
Fructuſq; uentris floruit.

℄ Aluus tumeſcit uirginis
Clauſtra pudoris permanēt:
Vexilla uirtutum micant
Verſatur in templo deus.

℄ Procedens de thalamo ſuo
Pudoris aula regia:
Gemine gigas ſubſtantie
Alacris ut currat uiam.

¶ Egreſſus eius a patre
Regreſſus eius ad patrem:
Excurſus uſq; ad inferos
Recurſus ad ſedem dei.

Egreſſus ei⁹ a pr̄e) q̄ſi deſcendit in vterum v̄ginis (regreſſus ei⁹ ad pr̄e) q̄ſi rediit in celū. Unde dauid a ſummo celo egreſſio ei⁹ ⁊ occurſus ei⁹ vſq; ad ſummū ei⁹ ⁊ ip̄e ait in euāgelio. Ego veni a pr̄e in mūdū: iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad patrē (excurſus vſq; ad inferos) q̄ſi deſcendit ad inferna (recurſus ad ſedē dei) .i. ad dexterā pr̄is.

¶ Equalis eterno patri
Carnis tropheo accingere:
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpeti.

Et o tu xp̄e (equalis eterno pr̄i) ſc̄dm diuinitatem (accingere tropheo) .i. victoria carnis ſcilicet inducere carnem: q: per carnē triumphauit ſuper diabolū tu dico (firmās) ideſt roborans (perpeti) ideſt perenni virtute (infirma) .i. vita ſcȝ fragilitates (nr̄i corpis) ⁊ anime.

¶ Præſepe iam fulget tuum
Lumenq; nox ſpirat nouum:
Quod nulla nox interpollet
Fideq; iugi luceat.

Uere procedis de thalamo (o tu chriſte quia preſepe tuum) ideſt eccleſia (iam fulget) virtutibus ⁊ (nox ſpirat) ideſt emittit (nouū lumen) ideſt natum ſine peccato qd̓ lumen (nulla nox) ideſt nulla obſcuritas hereticoꝝ quia heretici dicunt te non accepiſſe carnē (interpollet) .i. obſcuret (⁊ luceat) lumen tuum (iugi fide) .i. aſſidua virtute.

¶ Carmen eſt dimetrū iambicū cacometrū. Canitur ad horas diurnas tp̄e natalis xp̄i. Facitq; mentionē utriuſq; ortus xp̄i ſicut in ſuperiori hymno factum eſt.

Hriſte redemptor omniū
Ex patre patris unice:
Solus ante principium
Natus ineffabiliter.

Materia hui⁹ hymni eſt inuocatio quā facimus ad xp̄m vt ſicut dignatus eſt accipere carnem humanam ⁊ illā ſibi vnire: ita p̄ces nr̄as exaudire dignetur ⁊ nos a peccatis liberare (O xp̄e redemptor gentium vel omnium) quia omnes gentes redemiſti tuo ſanguine ⁊ o tu (vnice) ideſt. O tu vnigenite (patris ex patre) procedens tu dico (ſolus natus ineffabiliter) ſecundum diuinitatem. vnde ait ſcriptura. Generationem eius quis enarrabit (ante principium) ideſt ante mundi conſtitutionem.

¶ Tu lumen tu ſplendor patris
Tu ſpes perennis omnium:
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.

O xp̄e (tu es lumen ⁊ ſplendor patris) q: p te pr̄ intonuit mundo (tu ſpes pennis) .i. ppetua ſpes (omniū intende) .i. exaudi p̄ces quas famuli tui fundunt (per orbem) ideſt p omnes gentes que p vniuerſum orbem orāt aſſidue apud te.

¶ Memento ſalutis auctor
Quod noſtri quondam corporis:
Ex illibata uirgine
Naſcendo formam ſumpſeris.

Dico q̄ debes ad p̄ces noſtras intendere. q: aſſumpſiſti humanā carnē. (O auctor noſtre ſalutis) .i. redemptionis (memento) ideſt recordare (quia ſumpſeris quondā) ideſt in tempore (formam) .i. ſimilitudinem (noſtri corpis ex virgine illibata) .i. intacta: quia ante partum ⁊ poſt partum ⁊ in partu virgo permanſit.

¶ Sic preſens teſtatur dies
Currens per anni circulum:
Quod ſolus a ſede patris
Mundi ſalus adueneris.

Preſens dies) .i. natiuitatis (teſtat̄ ſic) ſta (currens p anni circulū) .i. p vnumquēq; annum: q: tu ſolus adueneris exiſtens (ſalus mundi a ſede pr̄is) .i. veniens de celo operates ſalutem in medio terre.

Digitized by Google

Hunc).i.diem vel auctorem (celum) i.celeſtes vel ſtelle p̄ celum ſtella q̄ apparuit magis.i.tribus regib⁹ vel angeli intelligunt̄ qui paſtoribus cum nimio gaudio dixerūt. Gloria in excelſis deo ꝛ p̄(mare):tyranos.vel qꝛ mare ſe p̄buit calcabile ipſi deo(terra).i.terrena poteſtas vel paſtores(hūc mare)qꝛ magi nauigio venerūt(ꝛ omē qđ in eis eſt) ſ.in celo ꝛ terra(laudat hunc auctorem).i.deū vel p̄ſez (tui aduentus) omne dico(exultans cū cantico)ideſt hymno.

℄ Hunc cœlum terra hunc mare
Hunc omne quod in eis eſt:
Auctorem aduentus tui
Laudat exultans cantico.

Et nō ſolū terra ꝛ mare laudant te:ſed etiā3(nos quoq3).i.ſimiliter.q ſum⁹ redēpti tuo ſcto ſanguine(ↄcinim⁹).i.canim⁹(nouū hymnū).i.nouā laudē(ob diem).i. p̄pter diē natalis tui.

℄ Nos quoq3 qui ſancto tuo
Redempti ſanguine ſumus:
Ob diem natalis tui
Hymnum nouum concinimus.

℄ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas diurnas tempore natalis chriſti:cōmemorat quemadmodū chriſtus ſumpto homine natus eſt ex maria uirgine.

Sedulius eſt auctor. In hoc hymno agit̄ de incarnatione dn̄i ꝛ de natiuitate quō puerpa enixa eſt xp̄z q̄ nō horruit ſtabulū ꝛ p̄ſepe. Et ſic cōtinuat̄ ſupio:i. Dixit ꝙ celū terra mare ꝛ omē qđ in eis eſt laudat eū p̄ncipē.ꝛ v̄e qꝛ ab ortu ſolis vſq3 ad occaſum vniuerſis orbis canit deū.i. laudat.vel aliter.dico ꝙ ei⁹ p̄ſepe iā fulget nouo lumine ꝛ ideo canam⁹ ipm natū de maria v̄gine p̄ncipē mūdi a ſolis ortu vſq3 ad occaſum.(A ſolis ort⁹ cardine).i.ab origine mūdi. vel(ſolis)ſcz ab oriēte ſolis(vſq3 ad limitē terre).i.vſq3 ad occidētē(canamus).i.laudemus (xp̄m deū).i.p̄ncipē xp̄m dico(natū de maria v̄gine)vel(natū).i.filiū marie v̄ginis.

℄ A Solis ortus cardine
Ad uſque terræ limitem:
Chriſtū canam⁹ principē
Natum maria uirgine.

Bene dico ꝙ debem⁹ laudare deū qꝛ (btūs auctor).i.factor:(ſclī induit).i. aſſumpſit(ſuile corp⁹).i.formā ſerui ꝛ ↄditor carnis nr̄e(liberās carnē)nr̄am(carne)ſua qꝛ formā hominis aſſumendo carnē3 nr̄am liberauit ꝛ quare(ne perderet homines quos cōdidit) ideſt creauit.

℄ Beatus auctor ſæculi.
Seruile corpus induit:
Vt carne carnem liberans
Ne perderet quos condidit.

Et vere induitur:quia(gratia celeſtis).i. ipſe xp̄s(intra viſcera caſte parentis).i. matris.ꝛ ſic(venter puelle baiulat) ideſt portat (ſecreta)ſcilicet celeſtia que nō nouerat ante conceptionem.

℄ Caſte parentis uiſcera
Cœleſtis intrat gratia:
Venter puelle baiulat
Secreta quæ non nouerat.

Et v̄e baiulat ſecreta q̄ nō nouerat. qꝛ (dom⁹).i.alu⁹(pectoris)marie(pudici).i.caſti (fit tēplū dei).i.dom⁹ dei(repente).i.cito(domus)dico itacta(neſciēs vir)p̄ carnis cōmixtionē(ↄcepit).i.portauit(filiū).i.xp̄m.ꝛ hoc v̄bo opāte.ſ.v̄tute ſpūſſcti.vel (v̄bo).i.poſt v̄bū q̄ gabriel p̄dixerat ipm naſcitur. vnde dr̄. Ecce ↄcipies ꝛ paries filiū.ꝛc̄.

℄ Domos pudici pectoris
Templum repente fit dei.
Intacta neſciens uirum
Verbo concepit filium.

Gabriel p̄ Luce.j. ec ce ↄcipies Dico ꝙ ↄcepit ꝛ vere qꝛ (puerpera).i. maria pariens puer(enixa).i.peperit filium (quem gabriel p̄dixerat)naſciturum ꝛ (quem3 ioannes clauſus aluo matris) ſcz heliſabeth

℄ Enixa eſt puerpera
Quem gabriel predixerat:
Quam matris aluo geſtiens
Clauſus ioannes ſenſerat.

Digitized by Google

¶ Feno iacere pertulit
Preſepe non abhorruit
Paruoq̃ lacte paſtus eſt
Per quem nec ales eſurit.

(ſenſerat).i.cognouerat(geſtiẽs).i.gaudens. ☞ Ideo ptulit vel patit famẽ ⁊ ipſe puer i.xp̃s(pertulit).i.paſſus eſt (iacere) vel poni (feno)preſepis(p̃ſepe etiã nõ abhorruit).i.re futauit vel repudiauit(p̃ſepe).i. ſtabulũ (q̃) pro et(paſtus eſt).i.nutritus(paruo lacte)virginis(per quem)ſcilicet chriſtum(ales).i.nutrix maria a qua nutriebatur ipſe chriſtus (nõ eſurit).i.non patitur famen.maria enim chriſtum portabat ⁊ chriſtus eam regebat. ⁊ quẽ celum ⁊ terra capere non potuit alunus beate virginis portauit.

Additio. Per quẽ nec ales eſurit.i.maria a qua xp̃s nutriebat non paſſa eſt famen. Hoc forte ideo dicit q̃r matres lactãtes pueros magis eſuriunt ⁊ ſitiũt aliis hõibus.ſed maria virgo chriſtũ lactabat ⁊ xp̃s ipſam regebat taliter q̃ nec plus eſuriuit. nec ſitiuit.Et nota q̃ eſt differẽtia inter lactare ⁊ lactere.nã illud refert ad matrẽ:hoc autẽ ad puerũ.vnde verſus lacteo lac ſuggo.lacto lac prebeo nato. Sed diuã virginẽ mariã ⁊ filiũ ſitiuiſſe ⁊ eſuriiſſe ſepe legimus.nã pauper erat. ⁊ nec habebat vbi reclinaret caput intelligat ergo de auibus celi.quippe illũ lactabat maria:qui volucres celi paſcit.vt d̃r matthei.vj.⁊ luce.xj.⁊ in pſalmo.cxlvj. Qui dat iumẽtis eſcã ipſoꝝ ⁊ pullis coruoꝝ inuocãtibꝰ eũ.paruo ergo lacte cõtẽtus eſt qui oĩa animãtia nutrit. Et libet vt de coruoꝝ intelligamꝰ pullis.q̃r corui dicuntur negligere nidum:ſed induſtria ſua derelinquũt ibi vermes vt refert plinius quibus pulli nutriũtur hoc aũt non ſine prouidentia dei:ſine quo nec foliũ arboris nec paſſer ad terram deſcendit vt refert Hieronymus vnde Job.xxxviij. Quis preparat coruo eſcam ſuam quando pulli eius clamant ad deum vagientes eo q̃ non habeãt cibos.q.d.ſolus deus dicamus ergo ales id eſt coruus ſaluo meliori iudicio.

Lactare. Lactere. Plinius. Hieronymus. Job.

¶ Gaudet chorus celeſtium
Et angeli canunt deo
Palamq̃ fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.

☞ Et q̃r natus eſt(chorꝰ).i.ſocietas(celeſtium).i.ſpirituũ(gaudet ⁊ angeli).i. throni et dominatiões ⁊ p̃cipatꝰ ⁊ poteſtates. Et ſic de ceteris(canũt deo gloriã ⁊ paſtoꝝ).i.creatoꝝ omniũ(fit palam).i.notꝰ ⁊ natiuitas ſua fit cognita ⁊ nunciata(paſtoribus)iuxta turrim abnam:iuxta quem locum paſtores pro conſuetudine aderant ⁊ erat illa planicies apta paſtoribus illius regionis ad ſeruandum ibi vigilias noctis ſuper greges eorum.

¶ Carmen eſt quale illud nocte ſurgentes. Canitur in feſto epiphanie domini:narrat quo pacto magi cum tribus muneribus uenerunt ab oriente queſitum ſaluatorem noſtrum.

Nvnciũ uob fero de ſupnis
Natꝰ eſt xp̃s dñator orbis
In bethleem iude ſic eni propheta
Dixerat ante.

☞ Materia huiꝰ hymni eſt p̃paratio gaudiũ de natiuitate xp̃i redẽptoris ⁊ gaudium annũciatũ eſt nobis p angelũ apparẽtẽ ⁊ paſtoribus in vita dicẽtẽ. Annũcio vobis gaudiũ magnũ.⁊c. Cuius natiuitatẽ hec ſigna ⁊ miracula ſecuta ſunt.ſ.ſtella q̃ apparuit magis querentibus deũ q̃ duxit eos preuia vſq̃ ad ipſum. In cuius natiuitate herodes ⁊ quilibet malus cõfundit vel doctrina mala ⁊ pniciolitas ſiue malitia tp̃is eo naſcẽte ceſſauerunt.ſ.idoloꝝ cultura ⁊ facrificia vana ſeditiones ⁊ bella:q̃r in natiuitate xp̃i pax fuit per vniuerſũ orbẽ.Et vox angeli loquẽtis(fero).i.affero(nũciũ vobis de ſupnis).i.de celo(xp̃s dico dñator orbis)filius dei natus eſt(in bethleẽ iude).i.in ciuitate illa que ſorte accidit tribui iude(enim)pro quia(propheta dixerat)id eſt prophetauerat ſic futurum eſſe.

Signa in natiuitate chriſti.

¶ Hũc canit letus chorꝰ angeloꝝ
Stella declarat ueniunt eoi
Principes dignũ celebrare cultũ
Myſtica dona.

☞ Chorꝰ angeloꝝ canit hũc).ſ.xp̃m(chorus dico letꝰ)exultãs ⁊ laudãs deũ(ſtella) q̃ ducit magos.i.ſapiẽtes(declarat).i.manifeſtat eis ſaluatorẽ(eoi).i. oriẽtales (p̃ncipes) i.reges(veniũt celebrare).i.honorare deũ.ſ. p dignũ cultũ(⁊ offerre myſtica dona.)deo.

Stella declarat. Luce.ij.

Additio. Nota qḋ dicit tres reges magos veniſſe ad adorandū dn̄ꝫ. hic añt reges ideo magi dicti ſunt q₂ ſapiētes erāt a magnitudine ſciētie. nā magus dictio eſt ꝑſica: q̄ apud eos ſignificat ſapiēs. ſic eīn ꝑſe magos vocāt ſapiētes vt greci philoſophos. la

Magus et nota. tini ſapiētes. galli dryudas. egyptij ꝓphetas ſiue ſacerdotes. Indi gynoſophiſtas ⁊ aſſirij chaldeos a chaldea aſſe regiōe. Magus etiā apud nos incantator dici poteſt ex officio.

Iſti tres reges meminere). i. in memoria habuerūt afferre tria mūera. ſ. aurū th⁹ ⁊ myrrhā (⁊ meminere dare). i. offerre deo th⁹ ⁊ myrrhā (trocletē). i. rutundā q̄ eſt arbor ita dicta a loco vbi naſcit ⁊ habet aureū colorē ⁊

Trocletis declinat hec trocletis hui⁹. tis (humando) q₂

Criſis. mortalis erat ⁊ meminere deo offerre (bracteas chryſeas). i. laminas aureas q₂ chriſis grece eſt aurū latine (regi decenti). i. xp̄o (dū colūt). i. venerātur (vnum deum) ⁊ meminere dare tria munera illi (trino). i. trinitati quia vnum ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus.

Th⁹deo mirrhā troclētē humādo
Brachteas regi chryſeas decenti
Dū colunt unū meminere trino
Tres dare terna.

Gloriā canam⁹ monadi) i. vnitati trine cū deo (⁊ ſpūi ſcō fuſu ab vtroqꝫ) vl' (trine mona di) i. deo q̄ eſt trin⁹ i pſonis ⁊ vn⁹ i eſſentia. di

Monas. eīn hec monas. adis. ⁊ eſt grecū ⁊ ſigñt vnū (canam⁹ ꝓli diue). i. genite a pr̄e (cū deo pr̄e) et nō tm̄ canam⁹ pr̄i ſꝫ etiā flamini) i. ſpiritui ſancto (fuſo). i. prodeunti (ab vtroqꝫ.)

Gloriā patri monadi canamus
Cum deo trino geniteqꝫ proli:
Flamini necnō ab utroqꝫ fuſo
Corde fideli.

Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur in feſto epiphanię hoc eſt apparitionis dn̄i: & narrat quemadmodū magi ſtella duce uenerūt in bethleē: preterea miraculū in nuptiis factum.

Materia hui⁹ hymni eſt cōclamatio quā facim⁹ ↄtra herodē q̄ audita natiuitate xp̄i amittere regnū timuit: ideoqꝫ multos

Sedulius eſt auctor pueros īterfecit. Intētio auctoris eſt tractare de trib⁹ miraculis die epiphīe factis. ſ. de magorū apparitiōe. de aq̄ in vinū cōuerſa ⁊ de xp̄i baptiſmate. Et nota q̄ hymn⁹ iſte cōtinuatur ſupioribꝫ ita dixi q̄ xp̄s natus eſt ⁊ ptulit iacere in feno. vnde herodes de natiuitate ei⁹ irat⁹: occidit multos pueros timēs ne amitteret regnū. ſed nō deberet: q₂ ille q̄ rex eſt regū ⁊ dn̄s dn̄antiū nō venit vt ei regnū auferret: ſed totū mūdū in tāto crimine inuolutū a pctīs liberaret. O (impie herodes hoſtis quid) ideſt cur (times venire xp̄m: ipſe non arripit mortalia qui regna dat celeſtia.

HOſtis herodes impie
Chriſtū uenire qd times:
Non arripit mortalia.
Qui regna dat cœleſtia.

Ibāt magi. Matth.ij. Magi ibant) queſitū chriſtū ⁊ adorare eū (ſequētes ſtellā preuiā). i. precedentē (quā viderant) requirunt (lumen). i. chriſtum (lumine) ideſt ſtella (et fatentur deum munere) ſ. thure auro et mirrha.

Ibant magi quam uiderant
Stellam ſequentes præuiam:
Lumen requirunt lumine
Deum fatentur munere.

Celeſtis agnus). i. chriſtus (attigit). i. ſuſcepit (lauacra) ideſt baptiſmum (puri gurgitis) ideſt iordanis (⁊ ſuſtulit) ideſt abſtulit a nobis (abluendo nos per baptiſmum peccata que non detulit) ideſt ſecum non portauit quia immunis erat ⁊ abſqꝫ peccato.

Lauacra puri gurgitis
Cœleſtis agnus attigit:
Peccata quæ non detulit
Non abluendo ſuſtulit.

Et ideo dico (nouū) inauditū gen⁹ potē

Hydrie rubeſcūt. Ioā.ij.b. tie (hydrie rubeſcūt). i. flaueſcūt ſcꝫ aque intromiſſe. ponit eīn cōtinēs pro cōtēto. Et (vnda) ideſt aqua (iuſſa fundere vinuꝫ mutauit originem) ideſt naturam precepto dei.

Nouum genus potentie
Aque rubeſcunt hydriæ:
Vinumqꝫ iuſſa fundere
Mutauit unda originem.

Digitized by Google

¶ Carmē eſt oī lege carminis ſolutū. Canit ad horas veſptinas in feſto diue marie. Cui⁹ patrociniū atq̧ favorē multipliciter nobis iploramus.

AVe maris ſtella
Dei mater alma:
Atq̧ ſemper uirgo
Felix celi porta.

Materia hui⁹ hymni eſt ſalutatio ab angelo facta ſic dicēte. Aue grā plena dñs tecū q̄ virtute altiſſimi obūbrata fuit ꝛ ſolo vbo ꝯcepit. Intēdit etiā auctor ipſam mariaȝ īuocare: vt nomē eue ꝑ quā mors itrauit mutet. ꝛ vt ſoluat vīcula pctōꝝ ꝛ p̄ſtet nobis vitā eternā a cūctis reatib⁹ abſolutis. hinc etiā laudare nos hortat ꝛ glificare hūc diē ꝓpter hoc q̄ euaſim⁹ de domo diaboli. ꝛ vēim⁹ poti⁹ ꝑ fidē ꝛ grāȝ dei ad ipſam ꝛ ꝺꝛ hoc ꝑ ſilē ꝛ facit ꝯpationē. Sicut.n ſtella p̄ſtat ducatū nautis vt veniāt ad portū ſita ducatu vgīs marie venim⁹ ad portū.i. ad xp̄m. (O ſtella maris).i. mūdi (aue).i. ſalue (o alma).i. ſctā mr̄ dei atq̧ aue (ſp).i. eternalr̄ (vgo) q̄ ante partū ꝛ in partu ꝛ poſt partū (o porta felix celi aue).i. ſalue.

Additio. Hoc carmē dimetrū iābicū brachycatalecticō hoc eſt duab⁹ ſyllabis deficiēte voluit eſſe ſed nō cōſtitit niſi in principio. nam aue iambus eſt. maris iterū iambus. ſtella ſpondeus eſt. quia in fine carminis ſyllaba indifferens eſt.

¶ Sumens illud aue
Gabrielis ore:
Funda nos in pace
Mutans nomen eue.

¶ Solue uincla reis
Profer lumen cecis:
Mala noſtra pelle
Bona cuncta poſce.

¶ Monſtra te eſſe matrem
Sumat per te preces:
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.

¶ Virgo ſingularis
Inter omnes mitis:
Nos culpis ſolutos
Mites fac & caſtos.

¶ Vitam preſta puram
Iter para tutum:
Vt uidentes ieſum
Semper colletemur.

¶ Sit laus deo patri
Summo chriſto decus:
Spiritui ſancto
Trinus honor unus. Amen.

Et q̄ tu es (ſumēs illud aue) i. ſalutatiōnem que fertur ore gabrielis (funda nos ī pace).i. in eterna beatitudine. tu dico (mutans nomen eue) in aue.i. maledictionē eue in vitam eternam.i. in tuam benedictionem.

Et q̄ tu vgo facta eſt ſtella maris. ꝛ q̄ mutaſti nomē eue.i. maledictionē eue: ꝛ dediſti nobis bñdictionē ꝛ cōfudiſti mortē ꝛ dediſti nobis vitā ꝑpetuā: ideo (ſolue vincla).i. ligamēta peccati humani (reis).i. peccatorib⁹ et (profer) ideſt tribue (lumē cecis) ideſt fidelibus (ꝛ pelle).i. abiice a nobis (mala noſtra ꝛ poſce).i. poſtula a filio tuo (cuncta bona.

Monſtra te eſſe matrē).i. oſtēde te placando filiū tuū ꝛ filius tuus (ſumat p̄ces) noſtras ꝑ te filius dico ille (qui tulit) i. ſuſtinuit (eſſe tuus natus ꝓ nobis) vt nos ſaluaret.

Et quia ſubſtinuit eſſe fili⁹ tuus ideo o (virgo ſingularis) q̄ nulla ſimilis eſt tibi q̄ poſt partū virgo: in partu virgo ꝛ ante partū (mitis inter oēs) alias mulieres: et o virgo caſtitatis mater (fac nos ſolutos a culpis et fac nos mites).i. mā ſuetos: (ꝛ caſtos).i. ī corpore ꝛ in anima fac nos mundos.

Et q̄ mater es caſtitatis ꝛ ſuauitatis o (vgo p̄ſta).i. dona (vitā purā) nobis (ꝛ para) i. tribue (iter tutū vt vidētes ieſum filiū tuuȝ ſemper colletemur).i. gaudeamus in eo.ſ. in preſenti ei laudes perſoluētes ꝛ in futuro eū plenius ꝛ pfectius cognoſcentes gaudeam⁹ ꝛ exultem⁹ cū dñō noſtro filio tuo.

Et q̄ deſcēdit dñs nr̄ in vterū vgīs ideo (laus).i. glia (ſit deo pr̄i decus) honor ſit ſūmo xp̄o excelſo ꝛ ſpiritui ſancto ſit honor trinus ꝓpter trinitatē perſonarū et vnus ꝓpter vnitatē eſſentie: vel vnus honor ſit tribus ideſt patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Amen.

Digitized by Google

℃ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas noctur-nas in diebus feſtis diue marie. Cuius laudibus annumerat qđ de-um genuit & in lucem effudit.

❧ Intentio huius hymni eſt ꝙ auctor vult oſtēdere hoc qđ ꝓphete de xp̄o nūciauerūt in genitrice dei maria eſſe cōpletū. oſtēdit ſiī ꝗliter clauſtrū marie baiulat xp̄m. Et nota ꝙ deus fecit hoīem ⁊ poſuit eū in paradyſo terreſtri: ⁊ p̄cepit ei ne comederet de ligno vite i. de pomo ꝙ erat in medio paradiſi: ſed diabolo ſuadēte eue: ⁊ eua poſtmodū ade ſiī ſuadēte ambo comedētes: ⁊ ſic diabolo placentes: mortaliter peccauerūt. Et poſt pctm̄ tante corruptionis de paradyſo ſtatim a dn̄o eiecti ſe nudos eſſe cognouerūt. Uidēs ergo deus ꝙ aliter nō poſſet redimere gen⁹ humanū niſi ꝑ feminā: in vterū virginis filiū ſuuʒ deſtinauit: ⁊ icarnari voluit: per quē ſum⁹ redēpti ⁊ a peccato liberati: vnde grates reddere tenemur. Dictū eſt ſupius ꝙ maria ſtella maris eſt mater dei: ⁊ etiā quē celū ⁊ terra capere nō poterāt. tū clauſtrū marie eū baiulat. Cōſtrue (clauſtrū). i. vēter btē (marie baiulat) filiū deū (quē regentē trinā machinā) mūdi. ſ. celū terrā mare vel (machinā). i. anime cōcupiſcibilitatē rationabilitatē ſenſualitatē (quē). ſ. xp̄m (terra). i. boni (pontus). i. mali (ethera). i. celeſtes (colunt). i. honorant (adorant). i. commendant (predicant) ideſt nunciant.

QVē terra ponthus ethera
Colūt adorant predicāt:
Trinā regētē machinam
Clauſtrum marie baiulat.

❧ Dico ꝙ celū. i. celeſtes. tra. i. terreni. Et oīa ſiue celeſtia ſiue treſtria laudāt. i. adorāt filiū quē celū ⁊ terra capere nō poterāt ⁊ vere q: (viſcera puelle). i. btē marie (ꝑfuſa). i. repleta (gr̄a celi). i. rore celeſti geſtāt xp̄m (cui). ſ. xp̄o (luna). i. variatio lune (ſol) i curſu ſuo (et oīa dſeruiūt). i. famulanī (ꝑ tp̄a). i. tp̄aliter.

℃ Cui luna ſol & omnia
Deſeruiunt per tempora
Perfuſa celi gratia
Geſtant puelle uiſcera.

❧ Et q: tulit xp̄m poſſumus dicere ꝙ eſt (btā mater munere). i. donis filij (ſub archa) i. circūdatiōe ⁊ ſecreto (vētris cui⁹). ſ. matris (ſupn⁹ artifex). i. celeſtis creator (clauſus eſt) ille dico (cōtinēs mūdū). i. vniuerſitatē oīum rerū (pugillo) ideſt in diſpoſitione.

℃ Beata mater munere
Cuius ſupernus artifex
Mundum pugillo continens
Ventris ſub archa clauſus eſt.

❧ Et q: ſupn⁹ artifex clauſus ē ſub pectore virginis marie poſſum⁹ dicere ꝙ ꝟgo maria ſit (btā nūcio celi). i. angelica ſalutatiōe. maria dico (fecūda). i. fertilis ſpū ſctō (ꝑ aluū cui⁹). i. marie (fuſus eſt). i. miſſus ⁊ nat⁹ ē de ꝟgine maria dſiderat⁹ a iudeis ⁊ gētib⁹. ſ. xp̄s.

℃ Beata celi nuncio
Fecunda ſancto ſpiritu:
Deſideratus gentibus
Cuius per aluum fuſus eſt.

℃ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas diebus feſtis diue marie. Eius laudi attribuit ꝙ deum lactauit & per eam recepimus quod per euam amiſimus.

❧ Materia huius hymni eſt ꝙ Maria peperit ſaluatorem: ⁊ quia deus contulit ei tantam gratiam ꝙ peperit ſaluatorem. ⁊c. facit auctor apoſtropham. i. conuerſionem ſermonis: quia deus cōtulit ei tantam gratiam ꝙ peperit ſaluatorem cōuertit ſermonem ſuum ad ipſam oſtendendo eam eſſe glorioſam dicens. (O glorioſa domina excelſa ſupra ſydera). i. o ſponſa domini maria (excelſa). i. alta (ſupra ſydera). i. in ſummo celo vbi non eſt aliqua vis ventorum (tu lactaſti ſacro vbere illum qui te creauit prouide). i. ſua ſapientia.

O Glorioſa domina
Excelſa ſupra ſydera:
Qui te creauit prouide
Lactaſti ſacro ubere.

¶ Quod eua triſtis abſtulit
Tu reddis almo germine:
Intrent ut aſtra flebiles
Celi feneſtra facta es.

Tu reddis)ideſt reſtituis (almo germine)ideſt ſancto filio eue illud ſcilicet paradyſum(quod eua triſtis)ideſt miſera (abſtulit) a nobis ⁊ es(facta feneſtra celi)ideſt chriſti (vt flebiles)ideſt flentes peccata ſua (intrent aſtra)ideſt celos.

¶ Tu regis alti ianua
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per uirginem
Gentes redempte plaudite.

Dico φ hoīes flētes ſua peccata intrāt celos ⁊ vere q꞉ es(ianua).i.oſtium (alti regis fulgida).i.ſplēdida(porta lucis) ideſt chriſti: ⁊ o(gentes redempte)ſcilicet a chriſto(plaudite)ideſt gaudete vitam eſſe datam per virginem.ſcilicet mariam.

¶ Carmē eſt quale illud nocte ſurgētes. Canitur in feſto hypopantes hoc eſt preſentationis ſiue purificationis dīue marie:cuius auxilium petit atqꝫ fauorem.

Quod chor⁹ uatū uenerā-
dus olim
Spū ſctō cecinit repletus
In dei factum genitrice conſtat
Eſſe maria.

In hoc hymno agit auctor de natiuitate xpi:⁊ q̄liter debet eſſe cōpletū in maria qđ ꝓphe nūciauerūt:φ cōcepit ⁊ pepit filiū: ⁊ ſimeō gauiſus ſuſcepit eū in tēplo. Dicim⁹ ergo φ ꝓphe ſenſerūt de aductu ⁊ de natiuitate xpi. Eſaias eñ dicit. In medio duū alaliū cognoſceris.i. inter bouē ⁊ aſinum. et alibi. Egredietur virga de radice ieſſe. ⁊c. Abacuc ſentiens de chriſto ſiſr ait. In medio duū alaliū.⁊c. Multi ꝓphete annūciauerūt ⁊ ꝓphetauerunt de chriſto hoc totū cōpletū eſt in maria:q꞉ natus baptizatus crucifixus ⁊ in tēplo preſentatus ⁊ a iuſto ſymeone ⁊ ab anna vidua ſuſceptus. vnde a pſonis illis q̄ dn̄o obuiauerūt dictū eſt feſtū illud in quo hymn⁹ iſte cātatur hypopatim dn̄i ideſt obuiatio. conſtructio(qđ chorus vatum)ideſt exercitus prophetarū.ſ.dauid ⁊ aliorū. chorus dico(venerandus cecinit).i.prophetauit(olim repletus)i. adipletus ſpū ſctō(cōſtat).i.manifeſtū eſt(eſſe factū).i.cōpletū in maria genitrice dei. Eſaias. Abac.iij.

Additio. Ordo aūt quā hic cōmētator certe min⁹ bñ cōſtructionē appellat(nā cōſtruere vnde cōſtructio)metaphorice ſumit̄ ab edificijs ⁊ eſt ſimul ſtruere ordinare ⁊ fabricare. Ordo aūt eſt digeſtio ⁊ ī ſuo cuiuſqꝫ partis loco collocatio. veluti ī acie fit vbi pedites vbi ale. ⁊c. eſt(illud cōſtat eſſe factū in maria genitrice dei:quod chorus vatum. ⁊c.

¶ Hec deū celi dominūqꝫ terre
Virgo quē geſſit peperitqꝫ uirgo:
Atqꝫ poſt partum meruit manere
Inuiolata.

Et vere cōſtat eſſe factū:q꞉.ſ.beata v̄go cōcepit dn̄m).i.xp̄m deū celi ⁊ terre(⁊ virgo) i.maria(peperit illū quē geſſit vel cōcepit) .i. portauit(atqꝫ)pro ⁊(meruit inuiolata manere)ideſt manſit incorrupta poſt partum.

¶ Quē ſenex iuſtus ſymeō i ulnis
In domo ſumpſit dn̄i gauiſus:
Hoc quod optauit proprio uidere
Lumine chriſtum.

Quē.ſ.xp̄m(ſymeon iuſtus et ſenex).i. ſymeon annoſus ſacerdos(ſumpſit). i.ſuſcepit(in vlnis).i.in brachijs ſuis(in domo).i.in templo(domini gauiſus).i. letus videre ſuo proprio lumine qđ optauit.ſ.chriſtum qđ optauit per multa tempora. vel ſi textus habeat ob hoc optatum proprio videre lumine chriſtum. Conſtrue ſic.ob hoc ergo quod videret proprio lumine ſcilicet oculis carnalib⁹ chriſtum optatum quem diu anteq̄ moreretur videre deſiderauit. Symeon ſumpſit. Luce.ij.

¶ Tu libēs uotis petim⁹ p̄cantum
Regis æterni genitrix faueto:
Clara quæ celſi renitens olimpi
Regna petiſti.

O tu genitrix).i. mater eterni regis.ſ. xpi q̄ caret pncipio ⁊ fine (petim⁹ te faueto) i.cōcede(votis).i. p̄cibus (p̄cātū).i.famuloꝝ (libēs).i.libēter(qꝫ)pro ⁊(tu renitēs).i.ſplendēs(petiſti).i.accepiſti vel acceſſiſti (clara re

gna olimpi celſi).i.alti celi. vel ſic ⁊ clara ⁊ renitēs petiſti idest accepiſti regna celſi olimpi.

Dec⁹ ⁊ poteſtas ſit deo nr̃o ꝑpes ſalus vel laus).i.ꝑpetua gl̃ia ſit illi(⁊ perēnis honor ſit illi).i.deo noſtro(qui reſidet ī ſumma arce poli).i.in altitudine celi(trinus)in perſonis ⁊ vnus in ſubſtantia.

Sit deo noſtro decus & poteſtas
Sit laus ꝑpes ſit honor & perennis:
Qui poli ſumma reſidet in arce
Trinus & unus. Amen.

Carmen in comento patet. Canitur in aſſumptione beate marie cuius laudes commemorat & fauorem implorat.

Hoc metrū eſt tetrametrū ſunt hic q̄ttuor v̄ſus:⁊ ī vnoquoq₃ eoꝝ ſunt q̄ttuor pedes quoꝝ prim⁹ eſt ſpōde⁹.ſcd̄s iābus. tertius dactil⁹:q̄rt⁹ ſpōde⁹ ſiue troche⁹. Materia hui⁹ hymni eſt duplex cōmēdatio ipſi⁹ marie. tā a gr̃e q̄ꝫ a merit;.cōmēdatio a gr̃e q: ipa eſt de regia ſtirpe.ſ.dauid. Cōmēdatio a meritis eſt q: ipſa pepit xp̄m ſaluatorē nr̄m. Cātatur hymn⁹ iſte in trāſitu btē marie q̄liter trāſiuit de hoc mūdo ad patrē.vel ſi mauis dicere q̄liter in aſſumptiōe xp̄s eā aſſūpſit. vtrū aſſūpta fuerit cū corpe aut ſine corpe dubitat: ſed meli⁹ eſt vt eā credam⁹ aſſumptā in corpe. O regia ꝓles ſtirpis dauitice o maria q̄ es ramus ipſi⁹ dauid. ipſe eīn fuit q̄rcus a q̄ rami ꝓcedūt. ⁊ tu es ram⁹ ⁊ ſtirps ⁊ ꝓles q̄ ponuntur ꝓ eodē:ſed nō idē ſignificāt. eſt eīn ꝓles qd̄ aliūde habet initiū. ſtirps idē eſt q̄ꝫ truncus a quo ram⁹ velut a pr̄e fili⁹ ꝓcedit. (O q̄ꝫ).i.quantū(glorifica luce).ſ.glorioſa (coruſcas).i.ſplēdida es virgo maria tu dico ſublimis.i.ſublimi.ſ.in celo tu es(reſidens).i.ſedens ſuper omnes etheris celigenas).i.ſuper angelos genitos.quia in celo fuerūt creati angeli a deo.

Proles.
Stirps.
Ramus.

O Quā gl̃ifica luce coruſcas
Stirpis dauitice regia ꝓles:
Sublimis reſidēs uirgo maria
Supra celigenas etheris omnes.

Additio. Hic verſus quinq₃ pedibus conſtat ſcilicet ſpondeo.trocheo. iambo. datilo. ⁊ ſpondeo ſiue trocheo.

O maria(mater cū virgineo honore) hoc eſt exiſtens mater ⁊ virgo tu virgo inq̄ꝫ (caſta paraſti aulā pectoris).i. pectus tuum (dn̄o) ⁊ q: paraſti viſcera tā mūdata. et ideo (hinc).i.ex illis viſcerib⁹ (natus eſt xp̄s de⁹) .i.dignat⁹ eſt naſci(corpe).i.q̄ꝫtum ad corpus quia humanitatem ſumpſit in te.

Tu cū uirgineo mater honore
Angelorū dn̄o pectoris aulam:
Sacris uiſceribus caſta paraſti
Natus hinc deus ex corpore xp̄s.

Quē cūct⁹ venerās orbis adorat quē oēs hoīes venerant ⁊ adorāt(cui).i. ad honorē cuius(omne genu flectitur).i.oēs flectunt genua a quo.ſ.xp̄o(nos petim⁹ te veniēte) .i.intercedēte(gaudia lucis eterne abiectis tenebris)ideſt peccatis remotis a nobis.

Quē cūct⁹ uenerans orbis adorat
Cui nūc rite genu flectitur omne:
A quo nos petimus te ueniente
Abiectis tenebris gaudia lucis.

Supius fecit auctor apoſtrophem ad beatā mariā:ſed in hoc loco ad patrē vt ipſe dignet nobis dare q̄ predicta ſunt dicta.(O pater luminis ois).i.origo ⁊ factor toti⁹ claritatis(largire nobis hoc)ſc₃ gaudia largire inq̄ꝫ per(ꝓpriū natū.i.amore filij tui (⁊ ſacro flamine).i.amore ſpūs ſancti(qui chriſtus viuit tecum in nitida).i.munda(ethera).i. in celo(regnans ac moderans ſecula cuncta)ideſt omnes gentes exiſtentes in hoc ſeculo.

Hoc largire pater luminis oīs
Natū per propriū: flamine ſacro:
Qui tecum nitida uiuit in ethera
Regnās ac moderās ſecula cūcta.

Carmē eſt dimetrū iambicū cacometrū. Canitur in quadrageſimali ieiunio quod eſt tempus ad penitentiam peccatorum aptiſſimum.

In hoc hymno rogat auctor deū vt in hoc tp̄e tribuat nobis cor penitens et quos lōganimitate pietas expectauit ſua benigni

I Am chriſte ſol iuſtitie
Mentis dehiſcant tenebre:

Digitized by Google

Virtutum ut lux redeat
Terris diem cum reparas.

tate ad ſe ꝯuertat.(O xp̄e ſol iuſticie).i. ſplē dor pietatis(tenebre noctis).i.pctā nr̄e mentis.ſ.cecitas(dehiſcāt).i.recedāt(nūc).i. i hoc tpe(vt lux virtutū redeat).i.virtutes bonorū operū in nobis redeant ideſt reuertantur.

¶ Da tempus acceptabile
Et penitens cor tribue:
Conuertat ut benignitas
Quos longa ſuffert pietas.

Da tpē acceptabile)cōgruū ad penitētiā qđ ante paſſionē.ſ.in veteri teſtamēto nō erat:q2 oculus pro oculo:⁊ dens pro dēte dabatur:modo aūt nō ſic(tribue nobis cor penitens vt benignitas). i.miſericordia tua (cōuertat.ſ.ad ſe de pctō)quos.ſ.nos (longa pietas).i.māſuetudo tua (ſuffert) ideſt ſuſtinet.

¶ Quidamqꝫ penitentie
Da ferre q̄uis grandium:
Maiori tuo munere
Quo demptio ſit criminum.

O xp̄e da quiddā).i.paululū (penitētie ferre).i.agere nobis(quo) i.ꝓpť quā pniam (dēptio) i.ablutio(criminum) ſit ⁊ hoc (tuo munere maiori)criminib⁹ q2 delet crimīa (licet)ꝓ q̄uis(grādiū) i.magnorū peccatorū.

¶ Dies uenit dies tua
In qua reflorent omnia:
Letemur in hac ut tue
Per hanc reducti gratie.

Vere debes dare penitētiā q2 tua dies iudicii vł paſchalis feſtiuitas venit q2 nos ſumus i quos fines ſclo₊ deuenerūt dies.ſ.paſchalis(venit).i.accedit dies dico illa (in q̄).ſ. dic oīa.ſ.mētes hoim (reflorēt).i. micāt virtutibus ideo(letemur in hac) die (vt) pro ſicut (reducti ſumus).i.redēpti(ꝑ hāc tue gratie) i.ad tuam gratiā ⁊ redemiſti nos. i.ſaluaſti.

¶ Te rerum uniuerſitas
Clemens adoret trinitas:
Et nos noui per ueniam
Nouum canamus canticum.

Et ideo(o clemēs triuitas) in ꝑſonis et vnitas i eſſentia (vniuerſitas rerū).i.vniuerſe res(adoret te ⁊ nos facti noui ꝑ veniā).i.ꝑ tuā gratiā(canamus cāticū nouū).i.iubilū. i.quod mente nec ore poteſt exprimi.

¶ Preſta beata trinitas
Concede ſimplex unitas:
Ut fructuoſa ſint tuis
Ieiuniorum munera.

O btā trinitas pſta).i.dona.ſ.trin⁹ deꝰ in perſonis(⁊ o ſimplex vnitas) ſ.in ſubſtantia(cōcede).i.iube(vt munera ieiunio₊)noſtro₊(ſint fructuoſa)ideſt fructus bonos ferentia tuis fidelibus ieiunantibus.i. vt ieiunia noſtra ſint acceptabilia ⁊ tibi placentia.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur a principio quadrageſimalis ieiunii: petit orationes noſtras exaudiri tempore illo quo per ieiunium carnem maceramus.

AVdi benigne conditor
Nr̄as preces cū fletibus
In hoc ſacro ieiunio
Fuſas quadragenario.

Materia huius hymni eſt commendatio ieiunii et hortatur nos ieiunare. Et deo ſeruire et in hoc tempore ieiunii in orationibus pluſq̄ in aliis diebus inſiſtere:vt in die iudicii habeamus vitam eternam.(O benigne conditor) ideſt creator omnium rerum (audi preces noſtras cum fletibus) preces dico fuſas(in hoc ſacro ieiunio quadragenario)ideſt in numero.xl.dierum quibus digne ieiunare debemus.

Additio. Ne te lateat lector ieiunia ideo eſſe iſtituta:qm̄ in veteri lege ꝓceptū erat decimas deo ⁊ p̄mitias de oib⁹ bonis reddi. In q̄drageſima aūt ſoluit̄ decima dierum. Nā ſm Grego.de cō.diſtin.v.q̄drageſima a prima dn̄ica q̄drageſime vſqꝫ ad paſchalis feſtiuitatis gaudia:ſex hebdomade veniunt quarū dies.xlii.ſiunt. Ex quib⁹ dū ſex dies dominici de ieiunio ſubtrahuntur:non plus remanent in abſtinētia q̄ triginta ⁊ ſex dies

Quare ieiunia iſtituta ſi.

Digitized by Google

Quare ie iunamus xl. dies. Debem⁹ dare deci- mas do ⁊ primitias dierum.

ſed vt numer⁹ q̄draginta dierū q̄bus xp̄s ieiunauit impleat̄: recipiunt̄ q̄ttuoꝛ dies p̄cedentis hebdomade. Itaq; dū p.ccc.lx. dies anni⁹ ducit̄: nos p triginta ⁊ ſex dies affligimur: q̄ſi an-ni nr̄i decimas deo dam⁹: vt q̄ nobis metipſis p acceptū annū vixim⁹: auctori nr̄o nos i ei⁹ decimis mortificem⁹. Sʒ q2 in decimas ſcidim⁹: cōdignū eſt noſſe ꝓ p̄mitiis dieꝝ vite nr̄e q̄ttuoꝛ tp̄a in ſingulis annis deueniſſe. ⁊ ne primā diē vniuſcuiuſq; mēſis ieiunarem⁹: q̄ter ter ꝓ q̄ttuoꝛ diuerſitatibus tp̄is anni carnē maceram⁹. vt iuxta pauli vocē hoſtia viua fiat.

Scrutator almæ cordium
Infirma tu ſcis uirium:
Ad te reuerſis exhibe
Remiſſionis gratiam.

Et quia fundimus preces (o alme ſcrutatoꝛ) ideſt inquiſitoꝛ omniū cordiū noſtroꝝ bene dico ſcrutatoꝛ quia (tu ſcis) ideſt cognoſcis. (infirma virium) quia tu ſcis (exhibe) id eſt oſtende vel da gratiam remiſſiōis tue (reuerſis). i. penitentibus ad te.

Multum quidē peccauimus
Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis
Confer medelam languidis.

Bene dixit reuerſis quia (peccauimus multum quidem). i. certe (ſed parce). i. condona confitentibus peccata (⁊ confer). i. tribue (medelam languidis). i. medicinam peccatoribus (ad laudem tui nominis). i. ad hoc vt nomen tuum laudetur.

Sic corpus extra conteri
Dona per abſtinentiam:
Ieiunet ut mens ſobria
A labe prorſus criminum.

Et cōferēdo medicinā (dona conteri). i. minui p abſtinētiā comeſtiōis (corpus) nr̄m extra ſe (ſic vt mēs ſobria). i. abſtinēs vel modeſta (ieiunet prorſus). i. omnino (a labe). i. a putredine (criminum). i. peccatorum.

Ecce tempus idoneum
Medicina peccaminum:
Quibus deū offendimus
Corde uerbis operibus.

In hoc hymno hortatur nos auctoꝛ vt ab omni pctō abſtineamus ⁊ rogemus deūʒ cū lachrymis ⁊ p̄cibus. vt ipſe remittat pctā noſtra nobis ⁊ nos mundet ab omni vitio. i. peccato (quibus). ſ. peccatis (offendimus deum) contra nos (corde). i. vana cogitatione (verbis). i. iniquis ſermonibus ⁊ turpiloquiis (operibus). i. prauis ⁊ illicitis actibus.

Qui pius & propitius
Nobis pepercit actenus:
Ne non cum noſtris perderet
Tantis iniquitatibus.

Dico q̄ verbo ⁊ opere deū offendimus (qui). ſ. deus exiſtēs (pius ⁊ propitius). i. miſericors (pep̄cit nobis hactenus). i. huc uſq; (ne) ſcđ dū mala noſtra nos pariter cū (nr̄is iniquitatibus perderet) ſed ita (pepercit) vt mediante paterno auxilio ad ipſum veniamus et amodo in bonis operibus perſeueremus.

Hunc igitur ieiuniis
Cum precibus & lachrymis:
Multiſq; bonis aliis
Placemus deuotiſſime.

Et quia pepercit nobis miſericorditer (placemus) ideſt placatum nobis faciamus (hunc) ſcilicet deum. quomodo (cum ieiuniis) ideſt cum abſtinentia cibi ⁊ potus. ⁊ cum (precibus) ideſt cum orationibus aſſiduis q2 ipſe ait. Petite ⁊ accipietis. ⁊ alibi. Amen amen dico vobis quicquid orantes petitis credite ⁊ fiet vobis (⁊ cum lachrymis) compunctionis ⁊ cum multis bonis aliis (placemus eum deuotiſſime). i. cum magna deuotione.

Vt nos a cunctis ſordibus
Purgans ornet uirtutibus:
Angelicis & cetibus
Nos iungat in cœleſtibus.

Dixi q̄ placemus eum deuotiſſime vt ipſe purgans nos a cunctis ſordibus). i. peccatis ornet nos virtutibus: faciat nos perſeuerare in eis (et iungat nos in celeſtibus). i. in regno celorum (angelicis cetibus). i. ſocietatibus angelorum.

℣ Sit benedictus genitor
Eiuſq́ʒ unigenitus:
Cum ſpiritu paraclyto
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Genitor ideſt deus pater ſit bn̄dictus (q́ʒ) pro et (eius vnigenitus) ideſt chriſt⁹ qui eſt filius vnicus eius ſit benedictus (cum ſpiritu paraclyto). i. conſolatore in ſempiterna ſecula. Amen.

IN hoc hymno hortat̄ nos ⁊ admonet auctor ieiunioꝝ humilitatē ⁊ auctoritatē hr̄e a xp̄o ⁊ efficaciā vt antiqui pr̄es moyſes ⁊ helias ꝯſecuti ſunt vitā eternā ita ꝯſequamur. Cōſtructio (claꝝ decus ieiunii). i. cōmēdabile ieiuniū (mōſtrat̄) i. datur (celit⁹ orbi) ideſt mundo qḋ ieiuniū xp̄s auctor oīm rerū abſtinēs (cibis dicauit). i. ſcificauit (vel auctor). i. factor oīm reꝝ (dicauit) ieiunium. Mat. iiij.

CLarum decus ieiunii
Monſtratur orbi cœlitus
Quod xp̄s auctor omniū
Cibis dicauit abſtinens.

℣ Hoc moyſes charus deo
Legiſq́ʒ lator factus eſt:
Hoc heliam per aera
Curru leuauit igneo.

Hoc). i. ex hoc ieiunio (moyſes) cui data eſt lex in tabulis lapideis (fact⁹ eſt charus lator). i. dator legis vel legiſlator (hoc helias leuauit in curru igneo ꝑ aera). i. ꝑ aerē ad celū q: helias tranſgreſſus iordanē cū ſocio ſuo heliſeo fugiēs ꝑſecutiones iezabeth dimiſſo pallio raptus eſt curru igneo in celū hoc eſt paradiſum terreſtrē. poſtea heliſeus reuerſus ꝑcuſſit iordanē cum pallio ⁊ aqua receſſit et tranſiuit ſicco veſtigio. Regū. iiij capit. ij

℣ Hoc daniel myſteria
Victor leonum uiderat:
Per hoc amicus intimus
Sponſi ioannes claruit.

Hoc. i. ex hoc ieiunio daniel viderat myſteria. ⁊ hoc cognouerat per ſpiritū ſanctum (victor) ideſt ſuperator (leonum) et (per hoc) ſanctum ieiunium (ioannes amicus intim⁹ ſponſi). i. chriſti fideliſſim⁹ (claruit) ideſt clarus factus eſt.

℣ Hæc nos ſequi dona deus
Exempla parſimoniæ:
Tu robur auge mentium
Dans ſpiritale gaudium.

Et q: iſti facti ſunt ſancti vel beati. (O deus dona nobis: vt nos poſſim⁹ hec ſequi) per exempla eorum (parſimonie). i. abſtinentie cibi ⁊ potus (⁊ tu auge robur). i. fortitudinem mentium dans ſpiritale gaudium hoc eſt letitiam ſpūs.

℣ Præſta pater per filium
Præſta per almum ſpiritum:
Cum his per euum triplici
Viuus deus cognomine:

O pater p̄ſta) nobis hec. ſ. q̄ ſupra orauimus (ꝑ filium). i. amore filiū (⁊ per almum). i. ſpm̄ ſcēm tu dico exiſtens vn⁹ de⁹ (ꝑ euū). i. in eternum (cum his) ſcʒ filio ⁊ ſpiritu paraclyto (triplici cognomine.)

℣ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur a principio quadrageſimalis ieiunii. Cōmemorata ieiunii ratione multipliciter dei miſericordiam atq́ʒ peccatorū ueniā implorat.

EX more docti myſtico
Seruemus hoc ieiunium:
Deno dierum circulo
Ductum quater notiſſimo.

¶ Materia huius hymni eſt commendatio ieiunii et hortatur nos ieiunare ⁊ deo ſeruire hoc tempore in ieiuniis et orationibus et bonis operibus pluſq́ʒ aliis diebus vt inde habeamus vitam eternam. O fratres (ſeruemus hoc ieiunium) in quo modo ſumus ſcilicet caſte et honeſte (nos docti) ideſt inſtructi (ex more) ideſt ex conſuetudine (myſtico) ideſt figurato ieiunium dico (ductum notiſſimo circulo) ideſt reuolutione (quaterdeno dierum) ideſt per quadraginta dies vel ducto ſcilicet circulo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Lex) data p moyſe3 (et pphete).ſ.helias et alii) (ptulerūt primitus hoc) ieiuniū (et xpus ſacrauit illū poſt modū).i.poſtea qꝛ p.xl. dies ieiunauit donās nob exēplū. vt tpe ieiunij valeam9 redimere totius āni de pdita tpa p opera nr̄a praua ieiunando p.xl. dies et a malis abſtinendo: et bene debemus ieiunare qꝛ pphete ieiunauerūt et (xps rex atq factor omniū temporum ſacrauit) illud ieiunium.

℄ Lex & prophete primitus
Hoc pretulerunt poſtmodum:
Chriſtus ſacrauit omnium
Rex atq factor temporum.

Et qꝛ pphete et poſtea xps conſecrauit hoc ieiuniū (vtamur ergo partius).i. tēperātius q3 in aliis dieb9 (verbis) malis (et cibis et potib9).i. a ſupfluitate comeſtiōis et ebrietate abſtineamus: qꝛ mediāte crapula in pctis labimur. et vēter mero eſtuās de facili ſumeſcit in libidinē. et nō ſolū iſtis vtamur partius: ſed etiā (iocis) illicitis (et ſomno).i. dormitione. et (arctius).i. ſtrictius (pſtemus).i. pſeueremus in cuſtodia aīe noſtre.

Vtamur ergo partius
Verbis: cibis: & potibus:
Somno. iocis. & arctius
Perſtemus in cuſtodia.

Dico qđ relictis vitiis pſtemus in cuſtodia vtutū (et vitemus).i. abiiciamus a nobis (autē peſſima).i. pcta vl̄ praua opa (q ſubruūt mētes vagas).i. aggrauāt (q3) p et (nō demus vllū locū).i. vllā cauſa3 (tyrānidis).i. pctis vl̄ crudelitati (callido hoſti).i. diabolo vt conet nocere nobis.

Vitemus autem peſſima
Quæ ſubruunt mentes uagas:
Nullumq demus callido
Hoſti locum tyrannidis.

In hoc hymno hortat auctor vt rogem9 deū pcib9 et lachrymis vt ipſe auertat a nob irā ſuā et remittat nob delicta nr̄a. Nos (oēs cernui).i. inclinati (et hūiles (dicamus).i. confiteamur.ſ. peccata nr̄a (et ſinguli).i. quilibet nr̄m (clamem9).i. vociferemus p venia (et plorem9).i. defleam9.ſ. pcta nr̄a (ante iudicem).i. xp3 q ē futur9 iudex iudicare viuos et mortuos et ſcl'3 p ignē. et q̄re dico q clamem9.ſ. vt (flectam9 irā vindicē).i. iracūdiā vindicātē et vīdictā accipiētē de cōmiſſis pctis.

Dicamus omnes cernui
Clamemus atq ſinguli:
Ploremus ante iudicem
Flectamus iram uindicem.

O de9 nos offendim9).i. irritauim9 (tuā clemētiā).i. tuā benignitatem (nr̄is malis).i. carnalib9 opib9. et qꝛ tu pius et miſericors es et dixiſti nolo mortē pctōꝝ ſed vitā vt ꝯuertātur et viuāt p cordis ꝯpūctionē (o remiſſor).i. ꝯdonator delictoꝝ (effunde).i. emitte nob (deſup).i. de ſupno ſolio indulgētiā pctōꝝ.

℄ Noſtris malis offendimus
Tuam deus clementiam:
Effunde nobis deſuper
Remiſſor indulgentiam.

Et mittere debes de celo nob venia3 qꝛ nos redemiſti ſanguie tuo (et ideo memēto) o dn̄e (qꝛ tui ſum9) redēpti (licet) p q3 ſuis (caduci plaſmatis).i. fragilis nature qꝛ de limo terre (et pcamur) te dn̄e (ne tu des).i. pmittas (alteri).i. inimico hūani generi (honorē noīs tui) ſ. nos qꝛ noīe tuo xpē xpiani vocati ſumus.

℄ Memento q ſumus tui
Licet caduci plaſmatis:
Ne des honorem nominis
Tui precamur alteri.

Et qꝛ alter non debet occupare honorē noīs tui: rogamus te (laxa).i. dimitte nobis (malum).i. pctm (qđ geſſimus).i. qđ male ꝑpetrauimus (et auge).i. augmenta (bonu3 qđ poſcimus) a te (quo) p vt (poſſimus).i. valeamus (placere tibi tandem).i. hic in preſenti.ſ. in conſpectu tuo (et perpetim) ideſt perenniter.

℄ Laxa malum quod geſſimus
Auge bonum quod poſcimus
Placere quo tandem tibi
Poſſimus hic & perpetim.

Digitized by Google

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur in tempore quadrageſimalis ieiunii. multipliciter dei miſericordiam & peccatorum ueniam implorat.

SVmmi largitor præmii
Spes qui es unica mundi:
Preces intende ſeruorũ
Ad te deuote clamantium.

Additus cũ glo. Pro tpe q̃drageſimali in quo canitur materiã ſeruat p̃ſens hymn⁹. rogat deum vt nos famulos ſuos deuotos exaudire digneẽ ⁊ nr̃m acceptare ieiuniũ vt ſic digne capiamus paſchalia ſacramẽta. inq̃t ergo (o largitor). i. o ſumme deus dator (p̃miũ ſummi). i. eterne b̃titudinis (q̃ es vnica ſpes mundi). i. in quẽ ſolũ mũdus ſpare debet q2 creator ⁊ redẽptor eſt. nã ſua paſſiõe ⁊ morte glĩoſa nos redemit (intẽde). i. attẽde ſuſcipe (p̃ces ſeruoꝝ). ſ. tuoꝝ (clamãtiũ ad te). i. ad tuam m̃iam ⁊ hoc (deuote). i. humiliter.

Noſtra te conſcientia
Graue offendiſſe monſtrat:
Quam emundes ſupplicamus
Ab omnibus piaculis.

Q2 ſcd̃m boetiũ ſeuerinũ: q̃ opam medicãtis expectat: oportet vt medico ſuũ vulnus detegat. infirmi more defectũ ſuũ nũc detegit nr̃a ↄſciẽtia vt inde opẽ medicãtis imploret dicẽs (nr̃a ↄſciẽtia monſtrat). i. fatetur (offendiſſe te graue). i. grauiter ad iracundiã ꝓuocaſſe. non q2 ira cadat in deum: ſed loq̃ndo more humano. vt dauid. Dñe ne in furore tuo arguas me neq3 in ira ⁊c. (quã). ſ. ↄſcientiã o xp̃e (nos ſupplicamus vt emũde). i. expurges (ab omnibus piaculis). i. ab omnibus maculis peccatoꝝ. *Boetius.*

Si renuis quis tribuet
Indulge quia potens es
Te corde rogare mundo
Fac nos precamur domine.

Demõſtrat ſolius dei eſſe ſemp̃ miſereri ⁊ parcere. q2 ipſe dixit in q̃cunq3 hora ingemuerit peccator ⁊c. (ſi renuis). i. recuſas p̃ces nr̃as exaudire ⁊ mũdare nos a pctĩs (q̃s tribuet). i. remittet pc̃a nr̃a. q. d. nullus niſi tu ergo (indulge). i. parce nobis tu (q2 potẽs es) ⁊ (o dñe p̃camur fac). i. vt facias (nos rogare te mũdo corde). i. nr̃a ↄſciẽtia mũda ⁊ ꝓpterea erit acceptior ⁊ letabimur impetraſſe.

Ergo accepta hoc noſtrum
Qui ſacraſti ieiunium:
Quo myſtice paſchalia
Capiamus ſacramenta.

Concludit. Ergo quia tu ſolus potẽs es (accepta). i. gratum habe (hoc noſtrum ieiunium qui ſacraſti). ſ. eum perſonaliter ieiunando (quo). ꝓ ut vel quo. ſ. mediante (capiamus paſchalia ſacramenta). i. cõmunionẽ ſacri corpis ⁊ ſanguinis tui (myſtice). ſ. ſacramentaliter ſub ſpecie panis ⁊ vini. Sacramentum euchariſtie ſecundũ magiſtru3 ſententiarum in. iiij. diſtin. in. ix. duobus modis ſumitur ſcilicet ſacramentaliter ⁊ ſpiritualiter eſt ⁊ alia lr̃a. ſ. acceptare infinitiuus vel impatiuus paſſiuus ſc. i. redaris acceptus ad noſtrum ieiunium paſſiue quia non reperitur deponens non fit colliſio in hoc verſu. *M. ſniaꝝ.*

Summa nobis hoc conferat
In deitate trinitas:
In qua gloriatur unus
Per cuncta ſecula deus. Amen.

Summa trinitas in deitate. i. deus trinus in perſonis (cõferat nob). i. ↄferte digneẽ nobis (hoc). ſ. quod rogatum eſt (in qua) ſc3 trinitate (vnus deus) ſc3 per eſſentiam (gloriatur). i. letatur. ſ. regnans per cuncta ſecula idest eternaliter.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in quadrageſimali ieiunio a dominica in paſſione. Commemorata chriſti paſſione crucẽ maximis laudibus proſequitur.

Digitized by Google

Vexilla regis prodeunt
Fulget crucis myſterium
Quo carne carnis condi (tor
Suſpenſus eſt patibulo.

Materia hui⁹ hymni eſt talis: vt dicit beatus ambroſius. Paſſio dñi venit: ⁊ q₂ venit debem⁹ de paſſiõe aliqd agere: ⁊ q₂ debem⁹ de paſſiõe aliqd dicere: ergo dicam⁹. Vexilla regis. vexilla dñi ſunt iſta. baptiſmus de quo ipſe dicit. Niſi qs renat⁹ fuerit ex aq̄. ⁊c. Itẽ

Que ſũt vexilla domini.

vexilla ſunt corpus ⁊ ſanguis ei⁹. Unde ipſe dicit. Niſi mãducaueritis carnem filii hois. ⁊c. Cõſtruc(vexilla).i.ſigna(regis).i.chriſti(prodeũt).i.apparẽt(myſterii) i.ſacrificii.ſ.paſſio chriſti crucis fulget: q₂ expugnauit diabolum quo myſterio(conditor).i.creator carnis (ſuſpenſus eſt patibulo) ⁊ hoc carne pro humano genere: vel in carne ſua propria.

Confixa clauis uiſcera
Tendens manus ueſtigia:
Redemptionis gratia
Hic immolata eſt hoſtia.

Ego dixi φ xp̄s ſuſpẽſus eſt patibulo)i. cruce. ⁊ ideo xp̄s(imolata eſt hoſtia) vl' talis eſt iſta.ſ.in ara crucis gr̄a redẽptiõis.i.ſaluatiõis humani gn̄is(tẽdẽs).i.extẽdẽs manus.ſ.ſuas in cruce ⁊ tẽdens (veſtigia) ſanguinis ipſius ⁊ p hoc nota φ ſanguis fluxerat p totũ corpus ipſi⁹. tẽdens dico viſcera numeralia: q₂ in tm̃ fuit extẽſus xp̄s in cruce: φ oĩa mẽbra ipſi⁹ poterãt numerari(cõfixa).i.pforata (clauis). Claui eñi ſunt poſiti in manib⁹ ſuis ⁊ pedib⁹ ⁊ lãcea in latere: ⁊ exinde exiuit ſanguis ⁊ aq̄. exinde dico manauit ſanguis redẽptionis ⁊ aq̄ baptiſmatis ex qb⁹ nos xp̄iani regeneramur in fonte ⁊ in ſacro baptiſmate.

Quo uulneratus inſuper
Mucrone dire lanceee:
Vt nos lauaret crimine
Manauit unda ſanguine.

Nota gloſa circa ſacramẽta.

Ecce myſterium crucis fulget p totũ mũdũ: q₂ p crucẽ habem⁹ altare: p corp⁹ xp̄i hoſtiã: p ſanguinẽ vinũ ⁊ p ſudorẽ aquã ex qb⁹ ſacrificiũ facim⁹ ſingulariter. q₂ ex imolatione crucis ſibi fit altare. ⁊ ideo p crucẽ habemus altare in q̄ ſacrificam⁹(quo).i.i quo(patibulo) vulnerat⁹(inſup).i.ſup clauos(mucrone).i.acumine(lãcee dire).i.crudelis. ⁊ ad qd ad hoc.ſ.(vt nos lauaret crimie) .i.a pctõ(vnda).i.aq̄(manauit).i.perfluit cum ſanguine.

Impleta ſunt que concinit
Dauid fidelis carmine:
Dicendo nationibus
Regnauit a ligno deus.

Et eo tp̄e pp̄etrata ſunt q̄ ſcripta ſunt d chriſto p prophetas Unde ipſe ſumẽs acetũ in cruce cũ ſpongia dixit. cõſumatũ eſt (q̄ dauid cecinit).i.prophetauit (fideli carmine) in pſalterio ſunt impleta iſta (dicendo nationibus) ideſt gentibus diuerſis (deus regnauit a ligno) ideſt a paſſione ſurrexit.

Arbor decora fulgida
Ornata regis purpura:
Electa digno ſtipite
Tam ſancta membra tangere.

Et q₂ pepẽdit i cruce poſſum⁹ pferre vocẽ admiratiõis. O q̄ntũ fuit ornata (arbor decora) i.pulchra (⁊ fulgida).i.ſplẽdida (ornata).i.decora (purpura regis) i.purpureis mẽbris xp̄i. Arbor dico (electa tãgere)i.ſuſtinere(tã ſctã mẽbra digno ſtipite).i.ſctõ trunco.

Beata cuius brachiis
Secli pependit precium:
Statera facta corporis
Predamq; tulit tartaris.

Vere btã fuit arbor vl' crux in q̄ pependit pciũ mundi.ſ.xp̄s(brachiis i.cornib⁹ (cuius).i.crucis(pciũ ſecli) intus (pepẽdit) arbor dico (facta ſtatera).i.libra (corporis xp̄i) tulit predã tartaris. nã deſcendens dñs de cruce ad tartara nullũ de ſuis ibi reliquit. In hoc loco ſermo dirigitur ad crucem.

O crux aue ſpes unica
Hoc paſſionis tempore:
Auge piis iuſtitiam
Reiſq; dona ueniam.

Et q₂ ex ſtatera facta. (O crux aue) i.ſalue tu dico (vnica ſpes) noſtra (auge).i.multiplica (iuſtitiã piis) ideſt pietatem habẽtibus (hoc tempore paſſionis ⁊ dona veniam).i.remiſſionem peccatorum ſcilicet reis.

Digitized by Google

℄ Te ſumma deus trinitas
Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium
Saluas rege per ſæcula.

Et q: nos redemiſti tuo ſanguine. ideo (o ſumma trinitas de⁹) omp̄s (ois ſp̄s col· laudet) te ꝛ quos ſcꝫ hoies p myſteriũ crucis idest p paſſionem (ſaluas). i. liberas (rege per ſecula) cuncta.

℄ Carmen eſt dimetrũ iambicũ cacometrũ. Canitur in quadrageſimali ieiunio a dñica in paſſione. Narrat quemadmodum ꝓ redemptione generis humani xp̄s nat⁹ atq; paſſus eſt.

Pange lingua glorioſi
Prelium certaminis
Et ſuper crucis tropheum
Dic triumphum nobilem
Qualiter redemptor orbis
Immolatus uicerit.

Hymn⁹ iſte ꝯtinuat ſupiori. dixerat enĩ ꝙ dñs poſit⁹ fuit in cruce ꝛ lat⁹ ei⁹ pforatũ. ꝛ ſic depcamur eũ ꝙ ſicut mortu⁹ eſt. i. ſicut corpus aſſumpſit in v̓gine: ꝛ in cruce mortificari paſſus eſt ꝓ nr̄a redẽptiõe: ꝛ ad īferna deſcẽdit cũ diabolo pugnauit: ꝛ eũ ſupauit: ſic faciat nos vincere cũcta nob aduerſantia ſcꝫ diabolũ ꝛ mũdũ ꝛ ꝯcupiſcẽtiã ei⁹: ꝛ domeſticũ inimicũ. ſ. carnẽ de quo dr̄. Quãto familiaris magis eſt peſtis: tãto piculoſior. (O lingua pãge). i. manifeſta (ꝑliũ certaminis glioſi). i. victoriã quã xp̄s obtinuit moriẽdo ſm carnẽ qñ vicit mortẽ morte ſua. Vñ ipſe ait. O mors ero mors tua ꝛc̄ (ꝛ ſup tropheũ). ſ. de victoria (crucis dic triũphũ nobilẽ) de inimicis fugatis (q̄liter redẽptor). i. liberator (orbis). i. toti⁹ mũdi (īmolat⁹) ī ara crucis (vicerit). i. vicit diabolũ. Et nota ꝙ ante paſſionẽ xp̄i diabol⁹ duas man⁹. i. duas ptãtes. ſ. in corpe ꝛ in aĩa hoĩs habuit q: quoſdã in corpe ꝛ in aĩa: quoſdã tm̄ in aĩa poſt mortẽ trahebat poſt ſe: ſed modo poſt paſſionẽ. vnã hꝫ. ſ. de duab⁹ ptãtib⁹ amiſit vnã. ¶ Man⁹ aũt dr̄ a manãdo ex eo ꝙ ex brachijs mãet vł q̄ digiti manãt ex ea.

Peſtis eo piculoſior quo familiarior.
Diabolus habũt duas man⁹.
Man⁹ vñ.

℄ De parentis prothoplaſti
Fraude facta condolens:
Quando pomi noxialis
Morte morſu corruit:
Ipſe lignum tunc notauit
Damna ligni ut ſolueret.

In hoc loco apoſtrophat ſe auctor. ſi aliqs forte diceret q̄re fuit īmolat⁹ xp̄us. rñdeo ſic. q: ꝯdoluit de deceptiõe p̄mi parẽtis: ſcꝫ ade (xp̄s ꝯdolẽs de facta fraude parẽtis.) nr̄i ade (ꝓthoplaſti). i. p̄mi formati: qñ corruit p̄m⁹ parẽs (morte). i. ī mortẽ. ꝛ hoc (morſu vetito pomi noxialis). i. nociui (ipſe) xp̄us (tũc notauit) p̄ordinãdo ſignauit (lignũ). ſ. ſcẽ crucis (vt ſolueret). i. recuparet (dãna ligni). i. q̄ venerãt (lignũ). i. pomũ vetitũ.

Bene dico ꝙ xp̄s tũc notauit lignũ vt ſolueret damna ligni. quia nullo alio modo poteramus recuperari ꝛ hoc aggreditur dicere. (Ordo ſalutis noſtre depopoſcerat) hoc opus ſcꝫ vt deus carnem ſumeret ꝛ patibulũ crucis ſubiret ꝛ per lignum damna ligni ſolueremꝰ (vt ars) idest deus qui eſt artifex omnium rerum (falleret) idest deſtrueret (artem multiformis proditoris). i. diaboli. ꝛ vt chriſtus (ferret medelam) idest ſalutem omniũ gentium (inde) idest ex illa re. ſcilicet a ligno (vnde) idest de quo ligno (hoſtis). i. diabolus (leſerat). i. nocuerat.

℄ Hoc opus noſtræ ſalutis
Ordo depopoſcerat:
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret:
Et medelam ferret inde
Hoſtis unde leſerat.

℄ Quando uenit ergo ſacri
Plenitudo temporis:
Miſſus eſt ab arce patris
Natus orbis conditor.
Atq; uentre uirginali
Caro factus prodiit.

Ergo quando) idest poſtq̄ (plenitudo temporis) idest quando vltima etas (venit) idest vt deus ſacrificaret filium (conditor orbis) idest chriſtus (natus miſſus eſt ab arce patris) in mũdum (atq; factus caro) vel car-

Digitized by Google

nalis(prodiit).i.exiit(de ventre virginali.)Et nota q ſicut flos ſine macula pulcher ⁊ olēs ⁊ ſuauis naſcitur ita xp̄s ſine ſemine et ſine crimine de vtero v̓ginis marie ꝓdiit.

Infans).i.xp̄s (poſitus inter arcta).i. anguſta(preſepia vagit) i.plangit. Et nota q vagire eſt proprium puerorum (v̓go) maria mater ſua(alligat membra)ſua(inuoluta pānis ⁊ faſcia).i.vitella cingit pedes ⁊ manus ⁊ crura ſtricta.

Gl̄ia ⁊ honor ſit viſqquo altiſſimo deo (vna).i.ſimul(patri ⁊ filio inclyto).i.glorioſo (paraclyto).i.ſpūi ſancto ſit laus ⁊ gl̄ia ſimiliter coeterna ⁊ equalis maieſtas ⁊ tribus ꝑſonis ⁊ vni deo(cui laus eſt ⁊ poteſtas)ꝑ eterna ſecula. Amen.

℄ Vagit infans inter arcta
Poſitus preſepia:
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat:
Et manus pedeſqꝫ crura
Stricta cingit faſcia.

℄ Gloria & honor deo
Viſqquo altiſſimo:
Vna patri filioqꝫ
Inclyto paraclyto:
Cui laus eſt & poteſtas
Per æterna ſecula. Amen.

Carmē eſt ſimile dimetro iambico. Canitur tp̄e ieiunii a dñica in paſſione: cōmemorata xp̄i paſſione conuertit ſe ad laudes crucis in qua paſſus eſt.

Luſtrum ⁊ vnde. ¶ Nota q luſtrū dr̄ ſpaciū.v. annorum ⁊ dr̄ a luſtrādo eo q romani luſtrabāt ꝑ ſpaciū.v. annorum totā romā. ⁊ nos ſiſr ꝑ qnqꝫ etates debem⁹ luſtrare totā romā.ſ.ſctam eccleſiā vincētē inimicos. ⁊ etiā luſtrū dr̄ obſcurum latibulū ferarum.ſ.cubile ferarum. Itē luſtrū dr̄ lupanar meretricū ⁊ in vtraqꝫ ſignificatione dr̄ a luſtro. as.ꝑ ↄtrariū q̄ꝛ parum illuſtrat̄.i. illuminatur. Hymn⁹ iſte ſic ↄtinuat̄. xp̄s carnaliter erat. xxx. ānorum cū eēt dedit⁹ paſſiōi. Luſtra ſex ⁊c̄. Et nota accuſatiui vł ablatiui caſus poſſunt ibi legi. Ablatiui ſic legunt̄. xp̄s q̄ ē implens tp̄s.i.etatē corꝑis hūani ſex luſtris iā pactis. ⁊ textus pōt hr̄e luſtris ſex q̄ iā pactis. Frequentius tñ eſt vt accuſatiui ibi legant̄ ſic(xp̄s q̄ eſt implēs tp̄s) i.etatē corꝑis hūani.ſ.ꝑ ſex luſtra(iam pacta nat⁹ ſe volēte).i.ſpōte nat⁹(ad hoc)vt pateret̄(agn⁹).i.xp̄s ſine macła. deditus paſſiōi leuat̄ in cruce a iudeis(immolād⁹).i.ſacrificād⁹. ſtipite.i.ligno.

Luſtra ſex q iam pacta
Tp̄s implens corꝑis:
Se uolēte nat⁹ ad hoc
Paſſione deditus:
Agnus in cruce leuat̄
Immolandus ſtipite.

Hic).i.in cruce dederūt ei(fel ⁊ accetum) vel fel mixtū aceto(⁊ arūdo).i.calam⁹ tradit̄ ei in ſignū deriſiōis ꝓ ſceptro ⁊ ṗter hec(ſputa)adhibita ſūt ei(corp⁹ mite) i.ſuaue ꝑforat̄ clauis ⁊ lācea ⁊ inde (ſanguis vnda). i.aqua (ꝓfluit.i.exiuit de corꝑe ei⁹ q̄ flumine).i.ꝑ q̄ ſanguinis effuſiōe(terra).i.hōiles (pōtus). i. fluctuātes vitio(aſtra).i.iuſti(⁊ mūd⁹).i. mūdani(lauant̄).i.purgant̄.

Quid intelligit̄ ꝑ aquam et ſanguinem chriſti. Per aquā debem⁹ intelligere baptiſmū.ꝑ ſanguinē chriſma. Et qdā dicūt q angeli boni purgati ſunt de labe quā habuerūt de illis q̄ ceciderūt: vt lucifer ⁊ ſui cōplices. ⁊ ideo dicit aſtra.

℄ Hic accetum: fel: arundo:
Sputa: clauis: lancea:
Mite corpus perforatur
Sanguis unda profluit
Terra pontus aſtra mundus
Quo lauantur flumine.

Et q̄ꝛ redemit nos in cruce leuatus: oēs debem⁹ clamare.(O crux fidelis arbor inter oēs vna).i.ſola(nobilis)q̄ꝛ(nulla ſilua ꝓfert talē)arborē(frōde).i.ꝓtectiōe(flore).i.decore (germine).i.fructu vel radice(vel flore) idest xp̄s q̄ vocat⁹ eſt flos a ꝓphetis.q̄ꝛ ſicut flos procedit ſine feditate vel aliq̄ putredine ita

℄ Crux fidelis inter omnes
Arbor una nobilis:
Nulla ſilua talem profert
Fonde flore germine
Dulce lignum dulces clauos

Digitized by Google

Dulce pondus ſuſtinet.

¶ Flecte ramos arbor alta
Tenſa laxa uiſcera
Et rigor lenteſcat ille
Quem dedit natiuitas
Vt ſuperni membra regis
Miti tendas ſtipite.

¶ Sola digna tu fuiſti
Ferre ſecli precium.
Atq; portum preparare
Nauta mundo naufrago:
Quem ſacer cruor perunxit
Fuſus agni corpore. Amen.

xp̃s ex vtero v̾ginis ꝓceſſit ſine aliquo pc̄to (dulce lignũ) fuit illō qđ ſuſtinet dulces clauos xp̄i (⁊ dulce pōdus). i. xp̃m.
Et q2 p̄cium mundi pependit in te: ideo (o arbor alta flecte). i. humilia (ramos). i. brachia crucis (laxa). i. relaxa (viſcera xp̄i tenſa) ideſt extenſa in te (⁊ ille rigor) ideſt duricia (lenteſcat) ideſt moleſcat (quem) rigorez (natiuitas) ideſt natura (dedit) tibi (vt tendas ſtipite). i. in cruce (miti). i. humili membra ſuperni regis.
Tu ſola fuiſti digna (ferre p̄ciũ ſecli). i. ſuſtinere illũ q̄ fuit app̄ciat⁹. xxx. argēteis (atq; p̄parare portũ (quaſi) nauta mundo (naufrago). i. periclitanti. i. hoīb⁹ periclitantibus (quē mundũ ſacer cruor). i. ſctūs ſanguis (perunxit). i. mundauit. ille dico (fuſus) corpore agni.

¶ Metrum eſt iambicum. Auctor eſt Ambroſius. &c

Chorus noue ieruſalem
Noua melos dulcedine
Promat colens cũ ſobriis
Paſchale feſtũ gaudiis.

Materia hui⁹ hymni ē inuitare nos ad laudē feſti paſchalis cū militauerim⁹ contra diabolũ. dicit ergo Chor⁹ noue ⁊c. Notādũ eſt q̄ p̄mo vocabat̃ ciuitas illa ieb⁹. ſc̄do iebuſalē. tertio ſalē. q̄rto ierl̃m p̄ qđ ſignificatur multiplex hoīs stat⁹. Ieb⁹ eni interp̄tat̃ cōculcamē ⁊ hoc eſt q̄ñ aliq̄s in adoleſcētia intōſus efficit̃. Iebuſalē interp̄tat̃ pax ꝯculcationis. ⁊ hoc ē q̄ñ aliq̄s habitat ⁊ delectat̃ in p̄dict̄. Salē interp̄tat̃ pax ⁊ hoc ē q̄ñ aliq̄s reuerſus eſt a vitiis. Ierl̃m interp̄tat̃ viſio pacis. ⁊ hoc ē q̄ñ aliq̄s fruet̃ celeſti gaudio. Unde hoc nomē ierl̃m q̄ttuor modis accipit̃ ad lr̄am. Ierl̃m ē illa ciuitas paleſtine. Anagogice ierl'z eſt eccl̃ia triūphās. ſ. chor⁹ celeſtis p̄rie. In hoc loco accipit̃ ſic (Chor⁹ noue ierl'z). i. noue aīe ſcz cuiuſlibet hoīs bene innouati ⁊ purgati a vitiis (ꝓmat noua dulcedine). i. dulce melos. Melos dr̄ a mel: q2 ſicut mel fit ex diuerſis generib⁹ rex: ita melos eſt qđ fit ex diuerſis notulis nouũ. Unde cātate dn̄o cāticū nouū. Mel dr̄ a miſcēdo. vnde ꝓhibebat̃ in lege q̄ nemo in ſacrificio poneret mel ſed ſemp̄ ſal. Mel eni fit ex diuerſis generib⁹ rex. Nō nō d̄bet eſſe diuerſus ſz vniformis in bono. vñ vinũ ⁊ ſicerā nō bibet. Etiā ſumit̃ hic vinum in mala ſignificatiōe. vinū fit ex vno genere rex. illi bibūt q̄ tale qđ faciūt ſemp̄ qđ niſi ſit rep̄hēſibile. Sicera fit ex diuerſis generib⁹ rex q̄ duo mixta vnū corrūpit aliud. vt de ceruiſia aut granū corrūpit aquā aut aq̄ granū. Ille ergo bibit ſicerā q̄ facit aliq̄d qđ videt̃ de genere bonox cū nō ſit (chor⁹) dico colēs feſtū paſchale (cū gaudiis ſobriis) ꝯuenit ad cor̄p⁹ vñ. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuam⁹ i hoc ſc̄lo. iuſte q̄ ad ꝓximū: pie q̄ ad deū: ſobrie q̄ ad noſmetip̄os.

Quibus noib⁹ vocabat̃ ãte ierl'z ⁊ q̃re

Ierl̃m q̄druplicit̃ accipit̃ ſz iiij. ſenſus ſacre ſcripture.

Melos vñ. Mel vñ. Sicera.

Additio. Mel non dr̄ a miſcēdo: ſed a meli greco. Melos aūt nō dr̄ ab hoc noīe mel ſz eſt grecū: ⁊ eſt cant⁹ ſuauitas ſiue dulcis modulatio.

¶ Quo xp̄s inuict⁹ leo
Dracone ſurgens obruto:
Dum uoce uiua perſonat
A morte functos excitat.

Quo. ſ. feſto paſchali (xp̃s inuict⁹ leo) vt narrat phiſiologus. Sicut leo rugitu ſuo reſuſcitat catulum poſt triduum: ita pater filium quare dictus eſt leo. ille dico (ſurgens dracone) ideſt diabolo (obruto). i. lapſo (dum viua voce perſonat) vt genimina viperaruz: quis docuit vos fugere a ventura ira? Uel generaliter poteſt legi de angelis qui viua voce reſuſcitabunt mortuos ad iudicium (excitat functos a morte) ſecundum primam litteram (a morte). i. a mortali peccato: ſcd̄m aliaz (a morte) quam omnis homo habebit.

Ipſe.ſ.de⁹(refudit).i.retro fudit vł red didit(prædam quā tartarus).i.infernus(im= probus).i.inſatiabilis(deuorarat)ideſt ad ſe traxerat(captiuitate libera).i.aīe ſanctorum (libera agmina ſequuntur ieſum) vnde illud quocunq̄ pergis.ꝛc̄.

¶ Quam deuorarat improbus
Prædam refudit tartarus:
Captiuitate libera
Ieſum ſequuntur agmina.

Nos ſupplices).i.humiles(p̄camur ip= ſum regē).i.xp̄m nos dico milites precamur inq̄ȝ regē cū p̄ce ꝛ laudib⁹(vt ordinet nos in ſuo clariſſimo palatio) i.in celo inter ſctōs vnde in euāgelio. In domo pr̄is mei māſio= nes multe ſunt.

¶ Ipſum canendo ſupplices
Regem precemur milites:
Vt in ſuo clariſſimo
Nos ordinet palatio.

Glia ſit pr̄i ſup̄mo).i.excelſo(p ſecla).i. p ſcła.ꝛ eſt ibi ſincopa.glīa dico (neſcia mē= tis) i.incōp̄heſibilis poſſibilitate hūana. vn̄ de⁹ regnabit i eternū ꝛ vltra.ꝛ(honor ſit)ſcȝ pr̄i cū filio ꝛ ſpū paraclyto. Amen.

¶ Per ſecla mentis neſcia
Patri ſupremo gloria:
Honorq̄ ſit & filio
Spiritui paraclyto. Amen.

¶ Carmen eſt dimetrū iambicū cacometrum. Canitur tp̄e paſchalis reſurrectionis. cōmemorat beneficia q̄ ex xp̄i paſ= ſione atq̄ reſurrectione accepimus.

Oēs iſti hymni hn̄t vnā materiā ꝛ vnā intētionē:q2 de paſſione xp̄i ꝛ de reſurrectione tractāt. Oſndit eīm q̄ ſicut mortu⁹ eſt ꝓpter delicta nr̄a:ſic ꝛ reſurrexit ꝓpter iuſtitiā ꝛ iu= ſtificationē nr̄aȝ ꝛ ꝯtulit nob vex paſcha.i.trāſitū de terra ad celū:de iferno ad paradiſuȝ. Itē rogat vt ſua reſurrectio ſit nr̄a redēptio ꝛ i paſchali tp̄e vel gaudio.i.in die iudicij de= fendat nos a piculo mortis.i.a dānatiōe. Uel materia hui⁹ hymni ē vt deū dep̄cemur vt ſi cut ille plaſmauit adā ꝛ accepit corpis ei⁹ for mā: vt nos redimeret a ptāte diaboli ꝛ iūge ret nos deo pr̄i:ita liberet nos ab oī delicto i hoc paſchali gaudio. O(dn̄e eterne rex) q2 in oīni tp̄e es rex regū tu dico(creator oīm rex) ꝛ q̄ ſemp es filius cū pr̄e(ante ſcła).i.āte mū di ꝯſtitutionem.

O Rex æternæ domine
Rerum creator omniū:
Qui es & ante ſæcula
Semper cum patre filius.

Qui plaſmaſti)hoīem vel formaſti de nihilo(in p̄mordio) i.in p̄ncipio mūdi(cui).i. ade(dediſti vultū ſimilē).i.mētē ſimilē p rō= nē(tui imagini) i.tue forme. vn̄.ſ.gene. For= mauit de⁹ hoīem ad ſilitudinē ſuā.

¶ Qui mundi in primordio
Adam plaſmaſti hominem:
Cui tuæ imagini
Vultum dediſti ſimilem.

Quē) adā.ſ.(diabol⁹ hoſtis).i.iſidiator (hūani generis)vel hoſtis q2 nos in adā de= cepat ideo(tu formā) ade dignat⁹ es aſſume re vt ſic nos redimeres.ꝛ hoc ē cui⁹ ade dig= natus es aſſumere corpis formam.

¶ Quem diabolus deceperat
Hoſtis humani generis:
Cuius tu formam corporis
Aſſumere dignatus es.

Dico q̄ dignatus es formā ſerui accipe ad hoc(vt redimeres hoīem) ſ.adaȝ ꝛ alios (quē)hoīem(iaȝ ante plaſmaueras)ꝛ nos re dimendo ꝯiūgeres deo(pr̄i p ꝯtuberniū) i.p vnionē vel p habitaculū vel p ꝯiūctionē(car nis) i.humanitatis.

¶ Vt hominem redimeres
Quem ante iam plaſmaueras:
Et nos deo coniungeres
Per carnis contubernium.

Quē editū).i natū(ex v̄gie)maria(oīs aīa).i.oīs ſpūs rōnalis(paueſcit) i mirat (p quē credim⁹ reſurgere nos)dū veneris iudi= care viuos ꝛ mortuos(deuota mente.

¶ Quem editum ex uirgine
Paueſcit omnis anima:
Per quem & nos reſurgere
Deuota mente credimus.

Digitized by Google

℄ Qui nobis per baptiſmum
Donaſti indulgentiam:
Qui tenebamur uinculis
Ligati conſcientie.

℄ O tu xp̄e(q̄ donaſti nob̄).i.oīb⁹ credē-tib⁹ pie ⁊ q̄d(indulgētiā)originalis pc̄ti.i.re miſſionem(ꝑ baptiſmū)q̄ tenebamur ligati vinculis ꝯſcientie.

℄ Qui crucem propter hominem
Suſcipere dignatus es:
Dediſti tuum ſanguinem
Noſtræ ſalutis precium.

℄ Qui dignatus es ſuſcipere crucem).i. paſſionem crucis propter hominem et (dediſti tuum ſanguinem precium noſtre ſalutis)quia cum ſanguine tuo emiſti nos ⁊ redemiſti.

℄ Quæſumus auctor omnium
In hoc paſchali gaudio:
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

℄ Et q̄ tot ⁊ tanta feciſti ꝙ nos a morte liberaſti:ideo(o auctor omnium rerum que ſumus).i.rogamus te(in hoc paſchali gaudio).i.tua reſurrectiōe(defende).i.ꝓtege)populum tuū)a morte eterna iam redemptum (ab omni mortis impetu).i. ab omni ꝑiculo ne denuo in mortē corruamus.

℄ Carmen eſt dimetrū iambicū cacometrum. Canitur tp̄e paſchalis reſurrectionis.cōmemoratis iis q̄ in reſurrectione xp̄i contigerunt petit corda noſtra ab illo poſſideri.

AVrora lucis rutilat
Cœlum laudibus intonat
Mūdus exultans iubilat
Gemens infernus ululat.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt laudare deum ⁊ extirpare vitia ⁊ adherere v̄tutib⁹. Et nota ꝙ eccleſia dr̄ aurora ⁊ q̄ aurora expellit tenebras:ita eccl̄ia penit⁹ extirpat vitia ⁊ peccata. Aurora dicit q̄ xp̄s reſurrexit:⁊ celeſtes creature intonāt laudib⁹:⁊ hoīes exultātes laudāt.⁊ diabol⁹ vlulat ⁊ gemit. expone ergo ſic(aurora lucis rutilat).i. q̄ñ aurora pullulat ⁊ incipit dieſcere(celū).i.celeſtis creatura(intonat).i.reſonat(laudib⁹ mūd⁹ exultans iubilat).i.hoīes credētes in deū cantāt(⁊ infern⁹ gemēs).i.diabol⁹ vlulat.i.plangit q̄ dolet de amiſſiōe eoꝝ:quos tenebat mortuos.ſ.adā ⁊ alios quos ſecū deus traxit ad requiem. Eccl̄ia dr̄ aurora.

℄ Cum ille rex fortiſſimus
Mortis confractis uiribus:
Pede conculcans tartara
Soluit a pena miſeros.

℄ Dico q̄d celū ſic intonat laudib⁹(cū rex ille fortiſſim⁹).i.xp̄s(ꝯculcās pede).i.poteſtate ſua(tartara).i.diabolū(ſoluit).i. liberauit(miſeros hoīes)a pena diaboli. et hoc (ꝯfractis viribus mortis).i.diaboli.

℄ Ille qui clauſus lapide
Cuſtoditur ſub milite:
Triumphans pompa nobili
Victor ſurgit de funere.

℄ Vere fractis viribus mortis.i.diaboli ſoluit a pena miſeros hoīes.q̄ (ille clauſus lapide).i.monumēto (cuſtoditur).i.vigilat (ſub milite).i.ſub militib⁹:ſingulari ꝓ plurali ꝑ ſynedochē(q̄ triūphās).i.veniēs (pōpa nobili).i.victoria:q̄ tunc aīas ab inferis extraxit(ſurgit).i.ſe ſurſū erigit(de funere) ideſt de morte(victor).i.triūphator.

℄ Solutis iam gemitibus
Et inferni doloribus:
Quia ſurrexit dominus
Reſplendens clamat angelus.

℄ Accipe de predicto verſu(xp̄s erat victor)ſolutis iam gemitibus ⁊ inferni doloribus (angelus reſplendens).i. valde nitens (clamat)dicens mulieribus. Ite dicite diſcipulis ei⁹ ⁊ petro q̄ ſurrexit dn̄s.

℄ Triſtes erant apoſtoli
De nece ſui domini:
Quem pena mortis crudeli
Serui damnarant impii.

℄ Ita dixerūt angeli mulieribus (quia apoſtoli erant triſtes de nece) ideſt de morte(ſui domini)quem dn̄m(ſerui impū).i.iudei(damnarant).i.damnauerant crudeli pena mortis.

Digitized by Google

Et quia apoſtoli erant triſtes de nece ſui dñi adeo (angelus p̄dixit mulieribus blā do ſermone dominus vidēdus eſt in galilea) a vobis (quātotius) ideſt ſubito.

Ille mulieres dū pergūt (concite) ideſt ſollicite dicere hoc apoſtolis (videntes eū vi-
Matthe. uere).i.chriſtum (oſculantur pedes domini)
xxviij. i.locum vbi perfoderant eum perfidi iudei.

Quo agnito).i.quo audito quia ſurrexit dñs (diſcipuli) ideſt apoſtoli (pergunt propere) ideſt feſtinanter (in galileam videre faciem domini deſideratam) ſcilicet ab eis.

Sol nitet).i.ſplēdet (radio ſuo mūdo).ſ. paſchali gaudio claro (cū).i.quādo) apoſtoli) cernunt iam chriſtum viſu corporeo.

Diximꝰ ꝙ tūc apparuit diſcipulis: ſꝫ q̄ dā illoꝝ.ſ.thomas cū abeſſet in apparitione narrātibus aliis nō credidit. vnde dñs oſten-
Quare dit ei ſua vulnera. ⁊ ait. Noli eſſe incredulus
oſtendit ſed fidelis. Et nota ꝙ q̄ttuor de cauſis cicatri-
dñs cica- ces vulnerū oſtēdit dñs ſcꝫ vt eſſet ſignū vi-
trices di- ctorie. vt deinceps de reſurrectiōe nō dubita-
ſcipulis. rēt ⁊ nō crederēt eū phantaſticū corpus accepiſſe: aut vt eſſent ad patrē interceſſio.

Cōſtructio (Oſtēſa ſibi vulnera).i. oſtēſis vulneribꝰ (ſibi).i.apoſtolis in fulgida car-
Lu. xxiiij ne xp̄i illi apoſtoli (fatētur).i.p̄dicāt (voce pu-
Joan. xx. blica) ideſt manifeſta dominū ſurrexiſſe.

O chriſte clemētiſſime rex tu poſſide) ideſt guberna (corda noſtra).i.mētes ſimul cum corporibus (vt reddamus) ideſt perſoluamus ad honorem tuum omni tēpore. (laudes tibi debitas.

Sermone blando angelus
Predixit mulieribus:
In galilea dominus
Videndus eſt quātotius.

Ille dum pergunt concite
Apoſtolis hoc dicere:
Videntes eum uiuere
Oſculantur pedes domini.

Quo agnito diſcipuli
In galileam propere:
Pergunt uidere faciem
Deſideratam domini.

Claro paſchali gaudio
Sol mundo nitet radio:
Cum chriſtum iam apoſtoli
Viſu cernunt corporeo.

Oſtenſa ſibi uulnera
In chriſti carne fulgida.
Reſurrexiſſe dominum
Voce fatentur publica.

Rex chriſte clementiſſime
Tu corda noſtra poſſide:
Vt tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.

Carmen eſt dimetrū iambicum cacometrum. Canitur in tempore paſchalis reſurrectionis. Dicit ꝙ chriſtus eſt noſtrū uerum paſcha: facitq; memoriam paſſionis & reſurrectionis eius.

AD cenam agni prouidi
Et ſtolis albis candidi:
Poſt tranſitū maris rubri
Chriſto canamus principi.

Materia huiꝰ hymni eſt ꝙ nos inuitat auctor ad cenā agni illiꝰ q̄ tollit pctā mūdi.ſ.ad accipiēdū corpus ⁊ ſanguinē dñi de quo dictū eſt. qui ſumit corpꝰ xp̄i indigne: iudiciū ſibi mādūcat ⁊ bibit. q̄ vero digne: habet vitā eternā. Nos xp̄o poſiti (ad cenā agni p̄uidi).i.ad accipiendū corpus ⁊ ſanguinē dñi vel ad vltimū p̄ceptū xp̄i: eq; ſicut poſt cenā nullū reſtat prādiū ita poſt nouū teſtamētū nullū reſtat preceptū. (Ad cenā agni p̄uidi ⁊ agni cādidi ſtolis albis).i.cū virtutibus (canamus principi chriſto).i. laudemus eū de reſurrectione poſt tranſitum maris rubri).i.poſt baptiſmum vel poſt gloriam reſurrectionis.

Sanctiſſimum corpus cuius chriſti torridum).i.crematum quia paſſuꝫ (in ara crucis guſtando).i.ſuſcipiendo (eius roſeo cruore viuimus deo) ideſt diuine.

Cuius corpus ſanctiſſimum
In ara crucis torridum:
Cruore eius roſeo
Guſtando uiuimus deo.

Digitized by Google

¶ Protecti paſche ueſpere
A deuaſtante angelo:
Erepti de duriſſimo
Pharaonis imperio.

☞ Dico ꝙ viuim⁹ deo ꝓtecti.i.defenſi vꝉ ſeruati(veſpe paſche).i.vltima etate vel myſterio reſurrectionis xp̄i qđ nocte paſche factū eſt(ab angelo deuaſtāte).i.percutiēte primogenita egypti(erepti).i.liberati(de duriſſimo imperio pharaonis)ideſt diaboli.

¶ Iam paſcha noſtrū chriſtus eſt
Qui immolatus agnus eſt:
Sinceritatis azima
Caro eius oblata eſt.

☞ Cōſtrue(xp̄s eſt iā nr̄m paſcha).i.trāſitus de vitijs ad virtutes(qui xp̄s eſt agn⁹).i.patiēs(imolatus)pro oībus nobis vel ſic (qꝛ xp̄s imolatus ꝓ nobis)eſt agn⁹ ſinceritatis i.puritatis(caro ei⁹ oblata).i.ſacrificata(eſt azima).i.ſine fermēto vꝉ ſine amaritudīe. Azima dr̄ ab a qđ eſt ſine ⁊ zima qđ eſt fermentū vꝉ amarū.ide azima q̄ſi ſine amaritudīe. Azima vnde.

¶ O uere digna hoſtia
Per quam fracta ſunt tartara:
Redempta plebs captiuata
Redit ad uite premia.

☞ O vere digna hoſtia).i.ſacra (ꝑ quā).ſ.hoſtiā(tartara ſunt fracta)⁊ ꝑ quā(plebs captiuata).i.aīe ſanctoꝝ in inferno detēte:ſūt redempte(⁊ per quā premia vite)eterne ſunt reddita(plebs)dico captiuata redit).i.reuertitur(ad premia vite ſupple eterne.

¶ Cum ſurgit chriſtus tumulo
Victor redit de baratro:
Tyrannum trudens uinculo
Et reſerans paradyſum.

☞ Cum).i.qū (xp̄s ſurgit tumulo).i.de ſepulchro(victor redit de baratro).i.de fouea īferni(trudēs).i.claudēs (tyrannū).i.diabolū (vinculo).i.cum poteſtate ſua ligans eū(⁊ reſerans paradyſum) fidelibus tuis: quia tua miſericordia hoc feciſti. ideo rogamus te.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur in re diuina aſcēſionis dominice. commemorata chriſti aſcenſione & regno illi a patre tradito: petit illius beneficium in die iudicii.

Eterne rex altiſſime
Redemptor & fidelium
Quo mors ſoluta depit
Datur triumphus gratie.

☞ O eterne rex altiſſime ⁊ redēptor fideliū quo).i.ꝑ quē mors(ſoluta deperit)deſtructa extitit vel periit vel (mors) ideſt deſcēſus ad inferna quia ſancti illuc modo nō deſcendunt. vt ante paſſionē chriſti.(triūphus).i.victoria gratie datur iā glorificatis in anima ⁊ corpore glorificandis in reſurrectione.

¶ Scandens tribunal dextere
Patris poteſtas omnium:
Collata ieſu celitus
Que non erat humanitus.

☞ Tu ſcādēs).i.aſcendens(tribunal).i.ſedē(dextere patris).i.ad equalitatē pr̄is(poteſtas oīm)rerū(eſt collata).i.attributa ieſu ſ.chriſto ⁊ hoc(celitus).i.diuinitus poſſum⁹ dicere ꝙ ſolus eſt ad dexteram patris. Ceteri ordines ſanctoꝝ ad ſiniſtram reſpectu claritatis filij(q̄ poteſtas nō erat)ei(collata humanitus).i.ꝙ diu vel quādo erat in mundo.

☞ Dico ꝙ poteſtas datur diuinitus chriſto que non erat humanitus. vt trina rerum machina).ſ.celeſtium terreſtrium ⁊ infernorum condita a te(flectant genu iam ſubdita)ideſt flectentes genua celeſtes terreni ⁊ infernales ſit ſubdita(ideſt humiliata tibi ad honorem tui.

¶ Vt trina rerum machina
Celeſtium terreſtrium:
Et infernorum condita
Flectant genu iam ſubdita.

¶ Tremunt uidentes angeli
Vice uerſa mortalium:

☞ Angeli vidētes)humanā formā vel naturā(tremūt).i.mirātur.ſ.qꝛ videbāt humanam naturā ꝑ ipſum xp̄m ad dexteram pa-

tris collocatam ⁊ exaltatā.⁊ hoc (vice verſa mortaliū)tremebant ⁊ mirabant̄. ¶ Et nota qđ ante natiuitatem xp̄i angeli ab hoībus ſe adorari patiebant̄.ſed nō poſtea ſicut legimus de Joāne:qui cū vellet angelū adorare:inquit angelus ioanni. Noli me adorare:ſeruus tuus enim ſum ⁊ fratrum tuorū. (Caro)ade (culpat nos)ideſt per adam in peccatū cadimus(caro xp̄i purgat nos) ideſt per chriſtū de vitiis ad virtutes ſurgimus(caro)dei.⁊ deus(regnat)q: chriſtus deus eſt ⁊ homo.

Ante xp̄i natiuitatem angeli adorabantur. lege apoca. xxij.

Culpat care. purgat caro.
Regnat deus dei caro.

O chriſte tu eſto noſtrū gaudium manens p̄ditū).i.nobis paratū honoratum vel ſublimatū(olympo).i.in celo(tu qui regis) i.gubernas(fabricam)mundi (vincens mundana gaudia) ideſt a mortuis ſuperexcellit omnes delectationes mundi.

¶ Tu eſto noſtrum gaudium
Manens olimpo preditum:
Mundi regis qui fabricam
Mundana uincens gaudia.

Quaſi diceret ſuperexcellit gaudia mundi ⁊(hinc nos p̄cantes q̄s).i.dep̄camur te(ignoſce criminib⁹).i.dimitte nobis pctā nr̄a(⁊ ſubleua).i.ſurſum leua (corda ad te ſuperna gratia)ideſt pro ſumma miſericordia.

¶ Hinc te precantes queſumus
Ignoſce tu criminibus:
Et corda ſurſum ſubleua
Ad te ſuperna gratia.

Nos q̄s te (vt cū).i.qñ cepis(clarere).i. fulgere(repēte).i.feſtināter(nube iudicis).i. xp̄i(rubēte).i.clareſcēte.i.teipſo iudice aduniētem nobis(repellas penas debitas)p adā (⁊ reddas).i.tribuas per gratiā(coronas pditas)⁊ culpā innētā ⁊ collatā ſcđm meritū p gratiā.q: nō neceſſitate cogēte:ſed volūtate ⁊ gratis a morte liberauit ⁊ ſaluauit nos.

¶ Vt cum rubente ceperis
Clarere nube iudicis:
Penas repellas debitas
Reddas coronas perditas.

O dn̄e)ieſu xp̄e(qui ſcādis ſupra ſydera).i.ſuper oēs celos(gloria).i. laus ⁊ honor (ſit tibi cum patre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula amen)ideſt ſine fine.

¶ Gloria tibi domine
Qui ſcandis ſupra ſydera:
Cum patre & ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmē eſt dimetrū iābicū cacometrū. Canitur in feſto aſcēſiōis dn̄i ce. Agit xp̄o grās q pro nobis paſſus mortē nos a morte liberauit.

O ieſu nr̄a redēptio)tu dico(amor ⁊ deſideriū)noſtrū.i.amor deſiderabilis(de⁹ creator olim)qui es(in fine tēporū)factus(homo) vnde deus ⁊ homo ⁊ hoc in vltima etate.

IEſu noſtra redemptio
Amor & deſiderium
Deus creator omnium
Homo in fine temporum.

Que).i.q̄nta(clemētia).i.pietas(vicit) i.cōpulit te.(vt ferres).i.portares vel deleres (nr̄a crimina).i.pctā (patiēs crudelē mortē) crucis pro pctis nr̄is.⁊ quare vt (tolleres) .i. liberares(nos a morte)ideſt a diabolo.

¶ Que te uicit clementia
Vt ferres noſtra crimina:
Crudelem mortem patiens
Vt nos a morte tolleres.

Tu penetrans)ideſt frangens(clauſtra inferni)redimens ſanguine tuo(captiuos) q̄ tenebantur iuſte in inferno (reſidens ad dexteram patris)manes(victor triūpho nobili) ideſt mirabili victoria.

¶ Inferni clauſtra penetrans
Tuos captiuos redimens:
Victor triumpho nobili
Ad dextram patris reſidens.

Ipſa pietas(q̄ cogit te)vt ſubires mortem crucis(cogat)ideſt impellat te (vt ſuperes noſtra mala)ideſt dimittas nobis debita noſtra(⁊ ſaties)ideſt impleas ⁊ frui facias (nos cōpotes noſtri voti)ideſt deſiderij (tuo vultu)ideſt tua preſentia.

¶ Ipſa te cogat pietas
Vt mala noſtra ſuperes:
Parcendo & uoti compotes
Nos tuo uultu ſaties.

Digitized by Google

℄ Tu eſto noſtrum gaudium
Qui es futurus premium:
Sit in te noſtra gloria
Per cuncta ſemper ſecula. Amen.

Et tu qui es futurum noſtrum premium eſto noſtrum gaudium) idest in preſenti ⁊ in futuro (⁊ noſtra gloria) ideſt laus (ſit in te ſemper) ideſt in omni tempore (per cuncta ſecula. Amen.

℄ Carmē eſt q̄le ſuperius. Canitur in feſto aſcēſiōis dn̄i ad laudes. deſcribit christi aſcēſio in celo & petit illius bn̄ficiū in die iudicii.

HYmnū canamus glorie
Hymni noui nūc pſonēt
Chriſt⁹ nouo cū tramite
Ad patris aſcendit thronum.

Additus cū glo.

Materia preſentis hymni eſt deſcribere glorioſam xp̄i aſcēſionē: ⁊ regnū celorū ſibi traditū a patre. ꝓpter q̄d eccleſia inuitat nos ad noua cantica perſoluenda deo. dicēs (canamus hymnum glorie ⁊ hymni noui). i. noue laudes (perſonent) ſcilicet nunc (cum chriſtus aſcendit ad thronum patris) ideſt ad celum ⁊ hoc (nouo tramite) ideſt admirando. quia mirabantur angeli humanam naturam per ipſum chriſtū ad dexteram patris aſcendentem.

℄ Tranſit triumpho nobili
Polipotenter culmina:
Qui morte mortem aſſumpſerat
Deriſus a mortalibus.

Incipit diſcurſus aſcēſiōis ſic (xp̄s trāſit potēter). i. cū magna maieſtate ⁊ poteſtate (culmina). i. altitudinē (poli). i. celi et hoc (nobili triūpho). i. inaudita victoria (qui deriſus a mortalib⁹ aſſumpſerat). i. deſtruxerat mortē. ſ. noſtrā morte ſcilicet ſua.

℄ Apoſtoli tunc myſtico
In monte ſtantes chriſmatis:
Cum matre clara uirgine
Ieſu uidebant gloriā.

Tūc. ſ. cum chriſtus tranſibat culmina poli: apoſtoli ſtantes in monte myſtico chriſmatis quia ibi confirmati fuerūt in fide (cū matre virgine clara) ideſt cū maria immaculata dei genitrice (videbant gloriam ieſu aſcendentis in celum.

℄ Hoc proſecuti lumine
Leto potenter ſydera:
Letis per auras cordibus
Duxere regem ſeculi.

Et cum apoſtoli cū maria virgine (proſecuti ſcilicet eſſent). i. reſpicerēt hoc. i. gloriā ieſu aſcendentis in celum (leto lumine) ideſt letis oculis (ſydera). i. oēs ciues ſyderei. i. celeſtis curie (duxere). i. ꝑduxere (cordib⁹ letis regem ſeculi) ideſt chriſtum ⁊ hoc ꝑ auras) ſ. per celis tractus.

℄ Quos alloquentes angeli
Quid aſtra ſtantes cernitis
Saluator hic eſt inquiunt
Ieſus triumpho nobili.

Quos ſcilicet diſcipulos cum matre ieſu (angeli alloquentes). i. ad eos loquentes (inquiunt quid vos ſtantes). ſ. arrectis in celum luminibus (cernitis aſtra hic). ſ. q̄ aſcēdit triumpho nobili eſt ſaluator ieſus.

℄ A uobis ad celeſtia
Qui regnans nunc aſſumptus eſt
Venturus inde ſeculi
In fine iudex omnium.

Dico quod hic eſt ſaluator ieſus (qui regnans aſſumptus eſt a vobis) i a veſtro aſpectu ad celeſtia). ſ. regna ⁊ venturus. ſ. eſt inde) i. a celo in fine ſeculi (iudex omniū) ſcilicet viuorum ⁊ mortuorum.

℄ Quo nos precamur tempore
Ieſu redemptor unice:
Inter tuos in ethera
Seruos benignus aggrega.

Ecce hic petitur beneficiū a deo in die iudicii. ordina ſic. (quo tempore). i. in quo tēpore iudicii (o ieſu vnice redemptor ꝓcamur) ideſt rogamus te (aggrega) ideſt aduna vel coniunge tu benignus nos (in ethera) ideſt ſuper celum (inter tuos ſeruos) ideſt inter ciues celicos.

Da nobis) proſequitur ideſt concedas nobis (tendere) ideſt ire (deuotione ſedula). i. feſtina illuc. ideſt ad eum locum (quo) ideſt i quo (credimus te ſedere cũ patre in arce regni) ſcilicet celeſtis.

¶ Da nobis illuc ſedula
Deuotione tendere:
Quo te ſedere cum patre
In arce regni credimus.

O domine gloria ſit tibi qui ſcandis) i. aſcendis (ſupra ſydera) ideſt ſuper celos vbi regnas cum patre & cũ ſpiritu ſancto in ſempiterna ſecula (amen) ideſt ita fiat.

¶ Gloria tibi domine
Qui ſcandis ſupra ſydera:
Cum patre ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in feſto penthecoſtes hoc eſt quinquageſime. Spiritum ſanctum implorans: petit ut illius amore nos inflammet & in dei gratia confirmet.

Johel. ij. Materia huius hymni eſt ſpũs ſanctꝰ quẽ pater ꝓmiſerat qñ dixit ioheli. Effundã de ſpũ meo ſup oẽm carnẽ. Filius ꝓmiſit qñ dixit. Si aſſumptus fuero in celũ mittam vobis paraclitũ: & apl̃is ſimul orãtibus in hora. iij. mũdus tonuit. & ſubito venit ſpũs ſanctus & apoſtoli inflãmati ſpũ ſancto: diuerſis loq̃bãtur linguis magnalia dei. Intẽtio eſt rogare deũ vt purget pectora noſtra ſuperno ſplẽdore & illuminet gratia ſpiritus ſancti: vt expellat a nobis viſibiles & inuiſibiles hoſtes vt habeamus vitã permanẽtẽ cũ ipſo. O (creator) ſancte ſpiritus dei (veni & viſita mentes tuorum (fidelium & veniendo (imple pectora ſuperna gratia que tu creaſti) ideſt feciſti.

VEni creator ſpiritus:
Mentes tuorum uiſita
Imple ſuperna gratia
Que tu creaſti pectora.

Qui paraclitus. i. cõſolator (diceris donũ dei altiſſimi) & diceris fons viuus. de quo nõ cõmunicatur alienis. vel fons viuus aque ſaliẽtis in vitã eternã & diceris (ignis) q2 corda hoim ad dilectionẽ dei & proximi accẽdis & vitia. i. peccata conſumis. & diceris (charitas) quia facis diligere deum & proximum. & diceris (ſpiritalis vnctio) quia de ſpiritali vnctione ideſt de ſpiritu ſancto vngis corda hominum vt humilientur in baptiſmo.

¶ Qui paraclitus diceris
Donum dei altiſſimi:
Fons uiuus: ignis charitas
Et ſpiritalis unctio.

Tu es ſeptiformis munere) ideſt donis (gratie) ideſt ꝓpter ſeptiformem gratiam.
Septem dona ſpiritꝰ ſancti Septem enim ſunt dona ſpiritus ſancti. ſpiritu ſapientie & intellectus: ſpiritus conſilij et fortitudinis ſpiritus ſcientie & pietatis & amoris (tu) es (digitus) ideſt potentia (dextre dei) q2 ſicut nodi digitorum varij ſunt. ita varia ſunt dona ſpũs ſcti. & (tu) es (promiſſum patris) & ditans: ideſt faciens diuites guttura vel pectora (ſermone rite) ideſt recte vel tu es (ditans guttura promiſſum) ideſt promiſſio.

¶ Tu ſeptiformis gratie
Dextre dei tu digitus:
Tu rite promiſſum patris
Sermone ditans guttura.

Et tu qui oparis oia (accende lumẽ ſenſibꝰ). i. mẽtibus nr̃is: & infunde cordibꝰ nr̃is (amorẽ). i. dilectionẽ dei (firmans infirma). i. debilia (noſtri corpis ppeti). i. perẽniter vel ppetuo (v̄tute). i. mirabiliter cũ virtute perpetua & ſemp nos firmans). i. protegens.

¶ Accende lumen ſenſibus
Infunde amorem cordibus:
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpetim.

Repellas hoſtem longius) ideſt remoueas eum procul (q3) pro & (dones pacem protinus) ideſt cito (vitemus omne noxium). i. peccatum (ſic te preuio). ſ. ductore.

¶ Hoſtem repellas longius
Pacemq3 dones protinus.
Ductore ſic te preuio
Vitemus omne noxium.

℄ Per te ſciamus da patrem
Noſcamus atq filium:
Te utriuſq ſpiritum
Credamus omni tempore.

Da(o ſancte ſpiritus. vt per te ſciamus patrem atq noſcamus filium)⁊(credam⁹ te vtriuſq ſpiritum)ideſt procedentem a patre ⁊ filio(omni tempore.

℄ Carmen eſt quale illud primo dierũ. Canitur in feſto penthecoſtes qui ſpiritus ſanctus miſſus eſt ad diſcipulos chriſti. narratq que in eius miſſione facta ſunt.

IAm chriſtus aſtra aſcenderat
Regreſſus unde uenerat:
Promiſſa patris munera
Sanctum daturus ſpiritum.

Materia hui⁹ hymni eſt eadẽ q̄ ⁊ in p̄miſſo. Sp̄ſs.i.cõſolator.vel aduocatus. dicitur cõſolator:q: nos cũ ſum⁹ in pctis trahendo nos ad celeſtẽ patriã ipſe ſp̄ſs ſct̃ſs cum ſplẽdore feruẽti apparuit diſcipulis ſuis. Et q: ſermo igne⁹ futurus erat ideo in ignea lĩgua eis apparuit:q: fecit eos ardẽtes in dilectiõe dei ⁊ ꝓximi ⁊ perito ſermone affluentes. Cõſtrue(xp̄s aſcẽderat iã)ſecũdũ humanitatẽ(aſtra).i.celos(xp̄s) dico (egreſſus).i. reuerſus vnde venerat daturus apoſtolis munera(promiſſa patris).i. ſpiritum ſanctum.

℄ Solemnis urgebat dies
Quo myſtico ſeptemplici:
Orbis uolutus ſepties
Signat beata tempora.

Solẽnis).i.feſtiualis(dies vrgebat).i.feſtinabat vel iminebat ſepties ſeptẽ q̄ ſunt.xlix.⁊ vno addito vel ꝑ ſeptẽ itelligim⁹ tpalia i.corpalia q: ꝑ ſeptẽ totũ tẽp⁹ vite nr̃e voluitur in quo debem⁹ liberari a pctis vt perueniam⁹ ad illã beatitudinẽ q̄ intelligitur per xl.dies in q̄bus ieiunare debem⁹.vt ꝑuenire poſſimus ad diẽ ſabbati.i.ad requiẽ (quo die myſtico)ideſt figuratiuo(ſeptemplici).i.per figuram ſeptẽplicẽ(orbis) ideſt ſeptima (voluptus ſepties).i.per.xl.⁊.ix.dies(ſignat beata tempora).ſ.futura.i.eternam requiem.

℄ Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat:
Orantibus apoſtolis
Deum ueniſſe nunciat.

Et q: xp̄s aſcẽderat(dũ hora tertia) videbatẽ eſſe(cũctis)oĩbus ap̃lis(mũdus intonat repẽte).i.ſubito:⁊ ille ſonus vel mundus (nũciat deũ veniſſe orãtib⁹ ap̃lis).i. ſimul in vnũ locũ cõgregatis ⁊ orãtibus ⁊ expectãtibus ꝓmiſſionẽ dñi ſui.ſ.xp̄i cũ ipſe de illa ꝓmiſſione eis ante aſcenſionẽ locutus fuiſſet dicẽs.vado ⁊ venio ad vos ⁊ mittã vobis paraclitũ.i.conſolatorẽ qui docebit vos omnẽ veritatẽ.⁊ ita facti perfectiores in omni ſcientia erant quia diuerſa genera linguarũ loquebantur ⁊ predicabant magnalia dei.

℄ De patris ergo lumine
Decorus ignis almus eſt:
Qui fida chriſti pectora
Calore uerbi compleuit.

Et quoniam quidem pater miſit ſpiritum ergo(ignis)ideſt ſpiritus(decor⁹).i. pulcher(eſt almus de lumine patris) qui ſpirit⁹ (cõpleuit)vt haberent ſciẽtiã loquẽdi pectora apoſtolorum vel hominum (fida) .i. fidelia chriſti ⁊ hoc calore.i.ardore(verbi).i.filij.

℄ Impleta gaudent uiſcera
Afflata ſancto ſpiritu:
Voces diuerſas intonant
Fantur dei magnalia.

Viſcera apoſtolorum impleta. i.faciata gaudent)q: fecit eos loquentes ⁊ etiã ardentes in amore ⁊(afflata).i.inflammata ſpiritu ſancto(intonãt diuerſas voces)ideſt loquuntur idiomata omnium linguarum. et (fatentur vel fantur magnalia dei).i.mirabilia dei.i.predicant nomen chriſti. Actuũ.ij.

℄ Ex omni gente cogniti
Grecis latinis barbaris:
Cunctiſq admirantibus
Linguis loquuntur omnibus.

Ex omni gente).i.ex omnibus gẽtibus (cogniti)ſunt apoſtoli.ſ.a grecis latinis barbaris(cunctiſq admirantibus) apoſtoli loquuntur linguis omnibus que ſunt.lxxij.

Cum apoſtoli ita loquebantur oēs ad mirabātur ſic loquentes: credentes deum in eis eſſe ſed iudea increpat eos. i. plebs iudeorum (incredula). i. infidelis illa dico (veſana) i. inſana (toruo ſpiritu) ideſt ſuperbo (concrepat alūnos). i. diſcipulos chriſti (ructare crapula muſti). i. affirmat eos vino inebriari.

℣ Iudea tunc incredula
Veſana toruo ſpiritu:
Ructare muſti crapula
Alumnos chriſti concrepat.

Eſtimabāt iudei ꝙ ꝑnimio potu muſti i. ꝑ ebrietatē apli taliter loq̄bant (ſed petrus occurrit ſignis) i. miraculis (τ vᷣtutib⁹ docet) i. ꝓbat ꝑfidos iudeos (profari). i. loqui (falſa iohelis) ꝓphete (teſtimonio) ꝓphetauit enī

Johel. ij. iohel ſic. Effundā de ſpiritu meo ſuper oēm carnem τ prophetabunt filij veſtri τ filie.

℣ Sed ſignis & uirtutibus
Occurrit & docet petrus:
Falſa profari perfidos
Iohelis teſtimonio.

Laus ſit patri cum filio ſimul et ſancto paraclito). i. ſpiritu ſancto. τ (mittat nobis) omnibus fidelibus (chariſma). i. donum ſancti ſpiritus. vel gratiam ſpiritus ſancti.

℣ Sit laus patri cum filio
Sancto ſimul paraclito:
Nobiſq; mittat filius
Chariſma ſancti ſpiritus.

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in feſto penthecoſtes ſicut & ſuperiores hymni narrat quid ex hac miſſione conſolatoris ſpiritus euenerit petitq; illius dona nobis infundi.

Materia hui⁹ hymni ē ſpūs ſctūs quē pater τ fili⁹ ꝓmiſerūt iohele dicēte. Effundā de ſpū meo ſup oēm carnē τ ꝓphetabūt filij vr̄i τ filie vr̄e. τ fili⁹ dicit. Si aſſumpt⁹ fuero in celū mittā vobis paraclitū. τ aplis orantibus mūdus itonat. τ venit ſpūs ſctūs in ſpē ignis quo apli inflāmati loquebantur magnalia dei varijs linguis. Queritur hic vtrum filius ſit a patre non factus ſed genitus τ preiacenti materia dico ex ſubſtantia patris τ non ex aliquo: ſed ex patre. Similiter dico de proceſſione ſpiritus ſancti: quia ſit ex patre τ filio τ de ſubſtantia vtriuſq; coequalis eis et non ex aliquo factus nec ex nihilo. Cōſtructio (orbita). i. reuolutio (anni reduxit nobis beata gaudia: cum ſpiritus paraclitus effulſit). i. reſplenduit (in diſcipulos.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita:
Cum ſpiritus paraclitus
Effulſit in diſcipulos.

Cōſtrue (ignis). i. ſpūs ſanctus cū ſplendore feruēte apparuit diſcipulis: qꝛ ſermo eorū futurus igneus erat. τ ideo in lingua τ igne apparuit: qꝛ fecit eos ardētes in dilectiōe dei τ ꝓximi τ pariter ſermone affluentes qꝺ d: hic ignis. i. ſpūs ſctūs (detulit figurā ligue vibrante). i. feruēte (lumine ſuo). i. ſplēdore (vt illi apoſtoli τ diſcipuli eſſent profiui). i. facūdi. τ loquentes (verbis). i. varijs linguis (τ feruidi). i. ardentes τ inflammati charitate.

℣ Ignis uibrante lumine
Lingue figuram detulit
Verbis ut eſſent profiui
Et charitate feruidi.

Apoſtoli) loquuntur (linguis omniū) τ ideo (turbe gentiliū pauent). i. mirantur et turbe ille (deputant). i. valde putant (madere) i. abundare (muſto). i. vino. illos (quos ſpiritus ſanctus ſuo ſplendore repleuerat.

℣ Linguis loquuntur omnium
Turbe pauent gentilium:
Muſto madere deputant
Quos ſpiritus repleuerat.

Cū filij iſrl̄. xl. τ. ix. ānis ꝑ deſertū erraſſen. i. anno iuxta mōtē ſynai cū fulgore τ tonitruo legē acceperūt. Jtē in lege moyſi. Filij iſrael emebāt ſuos τ ancillas τ agros τ poſ

Nota gloſam. ſidebant. xl. τ. ix. annis: in. l. anno oēs liberabātur inde d: annus iubileus. i. remiſſiōis τ

℣ Patrata ſunt hec myſtice
Paſche peracto tempore:
Sacro dierum numero
Quo lege fit remiſſio.

Digitized by Google

ſignificat octauũ diẽ reſurrectiõis in q̃ oẽs liberati erãt a ſuitute diaboli. ⁊ hoc eſt (myſtice) figuratiue (ſunt patrata). i. cõpleta (pacto). i. cõ pleto (tpe paſche ſacro nũero dierũ). i. quinq̃genario (q̃ nũero ſit remiſſio in lege moyſi vel myſtica). i. figuratiua.

Te nunc deus piiſſime
Vultu precamur cernuo:
Illapſa nobis coelitus
Largire dona ſpũs.

O piiſſime deus (p̃camur te nunc). i. p̃ſenti (vultu cernuo) ideſt prono (largire) dona ſpiritus ſancti (illapſa nobis celitus) diuinitus infuſa.

℄ Carmen eſt dimetrũ iambicũ cacometrũ. Canitur in feſto euchariſtie ideſt bone grẽ hoc eſt corpis xp̃i. Narrat quẽadmodũ hoc ſacramentũ in cena inſtitutum eſt a chriſto.

PAnge lingua glorioſi
Corporis myſterium:
Sanguiniſq̧ precioſi
Quem in mũdi preciũ
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

¶ Materia hui⁹ hymni glorioſiſſimi: q: de xp̃o infinite glorioſo ⁊ ſolẽniſſimo eſt quoddã p̃ceptũ obſuãtia dignũ ab eccl̃ia militãti approbatũ ⁊ dictũ. vñ diligẽtiſſime huic fides adhibẽda iuxta aurelij Aug. dictũ in ep̃la ad fundamẽtũ. Euãgelio nõ crederẽ niſi q: eccleſia approbat. Q̃ð. ſ. quidẽ p̃ceptũ eſt vt pãgamus et cãtem⁹ corde ⁊ lingua euchariſtie ſiue corpis Auguſtinus.
xp̃i myſteriũ. ꝓ q̃ eſt aduertẽdũ ꝙ differẽtia talis eſt inter tria vocabula ibi repta. ſ. myſteriũ ſacrificiũ ⁊ ſacrm̃. Nã p̃mo myſteriũ dr̃ ſacrũ ſecretũ vel ſacrũ abſcõditũ. Et ratio eſt ex ſua deriuatiõe ſumpta q: dr̃ a myſtis vel myſticẽ grece qð idẽ eſt qð ſecretũ latine. Sacrificiũ xo generalr̃ nõ ꝓpe ſm̃ iſidorũ ẽ victima: ⁊ q̃cũq; in ara cremãt̃ ⁊ ponũt̃. ⁊ ſic ſumit̃ ꝓ oblatiõib⁹ q̃s antiq̃̃ facie bãt. ſ. vitulorũ: hircorũ ⁊c̃. Sacrm̃ tñ itelligit̃ ſic. idẽ eſt ꝙ ſacre rei ſignũ quãtũ ad ethimologiã vocabuli. vel ſacrm̃ ẽ rẽ ſecretã ↄtinẽs. Nã aliud cernitur: aliud intelligit̃. Et dr̃ a ſacer. ſacrm̃. ti. qð idẽ eſt qð pign⁹ ſpõſiõis ſicut iuſiurãdũ dat̃ alicui vt ſit fideiuſſor. Quapropt̃ tñ ergo ſacrm̃. ſ. euchariſtie de q̃ hymn⁹ cãtat̃: eſt datũ nobis i pign⁹ b̃titudinis: ⁊ ꝓmiſſi aduẽt⁹ ad iudiciũ. Nã ꝓmiſit xp̃s ꝙ h3 alias oues ducere ad vnũ ouile. ⁊ erit vn⁹ paſtor ſm̃ Math. ⁊ in alio loco. Veniet fili⁹ hoĩs in nubib⁹ celi ⁊c̃. ⁊ etiã in alio loco q̃ſi pollicẽdo dixit. Eſtote parati q: q̃ hora nõ putatis fili⁹ hoĩs veniet. ſicut iã antea iuſiurãdũ fecerat ⁊ cõpleuit. vt abraã teſtãte zacharia. Iuſiurandũ qð iurauit ad abrahã p̃rem nr̃m daturũ ſe nob. qð de facto ↄpletũ reuera accepim⁹ in die natiuitatis. Q̃ð quidẽ ſacrm̃ ⁊ myſteriũ ⁊ mirabile a ſcl̃is nõ auditũ: iſtituit i die paraſceue exiſtens ille rex mãſuet⁹ cũ diſcipl̃is factoq; ſmõe ↄſolatiuo ex vno latere ⁊ ex altero multe amaritudines: q: dixerat. nocte hãc ſcãdalũ ꝑpt̃ me patiemini. Circa qð põt eẽ vnũ dubiũ: q̃re magis inſtitutũ ẽ tali die a xp̃o iſtð ſacrm̃ ⁊ nõ i alio tpe: ↄ cõ rõ dubij põt eẽ iſta. p̃mo diſpoſitio ſ3 phos d3 p̃cedere formã. q: in. ij. de aĩa ⁊. vj. metha. act⁹ actiuorũ ſunt i patiẽte diſpoſito. S3 baptiſm⁹ ẽ diſpoſitio ad hoc ſacrm̃ ergo baptiſm⁹ ẽ p̃or vltra cũ baptiſm⁹ fuit iſtitut⁹ poſt paſſionẽ: ergo ſacrm̃ altaris debuiſſet iſtitui poſt paſſionẽ. Rñdeo ꝙ hoc ſacrm̃ tota eccleſia docẽte i hac die iſtitui debuit. ⁊ nõ ãte nec poſt: ꝙ plurimis: p̃ſertim q̃ttuor rõnibus arcta ⁊ mota. Prima eſt rõne hui⁹ ſacramẽti neceſſarie aſſignatiõis. nã neceſſitas q̃ aſſignat̃ q̃re hoc ſacrm̃ inſtitui debuit: ẽ ſignũ q: ad p̃fectionẽ nr̃am exigebat. vt. ſ. caput noſtrũ xp̃s realiter corpi ↄiũgeret̃. S3 toto tpe p̃cedẽti xp̃s ſub ꝓp̃a ſpecie nobiſcũ ↄſtitut⁹ eſt. ergo nõ oportuit ãte hoc ſacrm̃ inſtitui: ſ3 tũc ⁊ in illo tpe qñ corp⁹ aſſumptũ oblatur⁹ erat. Euſebio atteſtãte. Scð ⁊ rõ ẽ rõne legalis figuratiõis nã xp̃o q̃diu fuit in mũdo ↄuerſat⁹: figuras legis obſuare voluit fact⁹ ſub lege vt eos q̃ ſub lege erãt redimeret a pctõ ſ3 ap̃lm. S3 veniẽte xitate ceſſat figura ⁊ vmbra veniẽte luce. ergo xp̃o recedẽte p morte: qñ figure legis terminãde erãt debuit inſtitui. Tertia rõ ẽ rõne rep̃ſentatiõis. nã hoc ſacrm̃ eſt rep̃ſentãs terminũ dñice paſſiõis: ergo ↄgruũ erat iminẽte iã paſſiõe inſtitui. Quarta rõ rõne fortioris imp̃ſſiõis: q: q̃ vltimo ſiũt magis memorie imp̃mũt̃ ⁊ cõmẽdãt̃. ergo vltimo poſt cenã inſtitui debuit ip̃o xp̃o receſſuro. Et hec rõ tangit̃ in decretis de ↄſe. diſt. ij. c. liq̃do vbi dr̃ ꝙ in memoria ⁊ in exp̃ſſiõe paſſiõis xp̃i ẽ inſtitutũ. Reſtat dicere ⁊ rñdere ad rõnẽ factã

Marginal notes: Myſteriũ ⁊ vnde. — Sacrificiũ ⁊ vñ. — Sacramẽtũ ⁊ vnde. — Iſidorus. — Matthe⁹ — Nota dubium. — Euſebius. — Apoſtol⁹

Digitized by Google

ꝙ nō eſt neceſſariū eundē eſſe ordinē inſtitutiōis ſacramētoꝝ ⁊ pceptiōis:⁊ cauſa ē qꝛ ad finē ꝗ nob̄ ꝯſtituit̄ vltimo pcipim⁹. Jō euchariſtia ꝗdāmō ē finis baptiſmi.qꝛ p baptiſmuȝ aliō ꝯſecrat̄ ad euchariſtie pceptionē ſicut p ordinē ad ei⁹ pceptionē hoc pacto redeam⁹ vñ digreſſi ſum⁹:ꝙ ſi illi tres pueri a camino ignis liberati i laudē dei qōdā cāticū cecinere.ſ. Bñc oīa opa dñi. Et zacharias ꝓpħa aliō cāticū. Et iuſt⁹ ſimeō aliō cāticū ⁊ hymnum nō parua iocūditate cecinit ob hoc ꝙ veꝝ redēptorē ieſuȝ i vlnis ſuis tenuit:hic de cetero fact⁹ vidēs ⁊ gaudēs:ita dixit. Nūc dimittis ſuū tuū dñe. Et eccl̄ia talia ſupradicta cātat ⁊ ꝑcipit canere. Quāto magis iſtō ſacr̄m ſacroꝝ q̄ntū v̄bis poſſum⁹ exꝑmam⁹ canēdo ⁊ iubilādo p qō nō mō tres pueri:imo īfiniti hoīes ab inferni igne liberāt̄. Qō etiā nō ſolū vnū illūinauit:imo totū mūdū.qō nō ſolū in brachijs illū eūdē ieſuȝ recipim⁹.ſȝ in pectorib⁹ tāꝙ in tabernaclo ſuo nobiſcū cenās ⁊ ꝯgaudēs. Et illō eſt de ꝗ pſalmiſta dauid in ꝑſona dei mā-

pſalmiſta. dat ꝙ cātem⁹.ps.xcv. Cātate dño cāticū nouū:cātate dño oīs terra. Cātate dño ⁊ bñe no-

¶ Quare mini ei⁹ ānūciate de die in diē ſalutare ei⁹.i.xp̄m ꝯtētū in hoc ſacr̄o. Nā iſtō eſt nouū in tp̄e

hoc ſacr̄m qꝛ ante in nulla lege nec nature nec ſcripture.nouū in excellētia qꝛ nullū ātea ⁊ poſt excelle

dr̄ nouum ti⁹. Nouū in ꝯſecratiōe qꝛ nuſꝙ̄ v̄bis ſſtib⁹ aliqō ſacr̄m fuit ꝯſecratuȝ nec veteris nec noue legis. Nouū in aſſumptiōe qꝛ in alijs qō ſumit̄ maſticat̄:frāgit̄:decoq̄t̄:digerit̄. Jbi ſemp aſſumptū realr̄ integre ⁊ abſq̄ vlla mutatiōe augmēti nec detrimēti. Quāobrē eccl̄ia militās abſq̄ nulla ruga ꝓpter tm̄ ſacr̄m ſaluberrimū oīb⁹ ꝑmatū publice letāter: v̄bis i celū eleuatis nō parua armonia cātat ⁊ ꝑcipit canere iuxta dictū ſpōſi.ſ.xp̄i. Exēplū do vob̄: vt quēadmodū ego facio ꝙ faciatis vt patet ex expoſitiōe lr̄e. Ad quā veniam⁹ ſic dicēdo. O (lingua militie xp̄iane)nō ꝑfidie iudeoꝝ nō porci mahometi ſuoꝝq̄ cōplicū (pāge).i. cane vel tāꝙ̄ tuba exalta vocē laudādo ⁊ ꝗd (myſteriū).i.diuinū ſecretū vel diuinū abſcōditū:ex eo qō aliō cernit̄:aliō credit̄ vel itelligit̄ (glīoſi corꝑis).ſ.ieſu xp̄i iā glīoſe ⁊ imortalis ⁊ impaſſibilis. Et pāge myſteriū (ſanguiniſq̄ ꝑcioſi) qꝛ lauit nos i ſanguie ſuo (quē).ſ.ſanguinē ꝑcioſū (ille) rex gētiū).i.gētiliū ⁊ oīȝ gētiū:qꝛ cū iudei abdicarūt ⁊ negarūt te regē:quē pilat⁹ gētilis in ꝑſona oīm gētiliū cognouit eſſe regē iudeoꝝ dicēs.regē vr̄m crucifigā (effudit).i.ſparſit ꝓ pctōīb⁹ ⁊ pctō ꝑmi parētis (in mūdi ꝑciū).i.in ſatiſfactionē ꝓ mūdo:ꝗ cū ſit finit⁹ infinitū nō valebat ſoluere. Rex dico ſupple (fruct⁹ vētris generoſi).i.fili⁹ itemerate v̄ginis. ⁊ pōt itelligi vna figura grāmaticalis:ſȝ quā ꝑmittit̄ poni pars ꝓ toto vel ēt (fruct⁹ vētris generoſi).i. ꝓles illi⁹ ꝗ ex vtraq̄ parte eēntiali.ſ.corꝑis ⁊ aīe ex ꝓſapia regia ē ꝓcedēs. Nā matthei ꝑmo fili⁹ dauid ꝗ rex excellēs in veteri teſtamēto ferē ⁊ hoc ſm̄ carneȝ ⁊ cū parēteſi debet legi:vt patet bñ intuēti.

Et iſte nāq̄ rex (nob̄ dat⁹) ē ſupple a dō pr̄e (nob̄ nat⁹).i. ꝓpt̄ nos nō ꝓpt̄ angelos:vt nos redimeret ⁊ liberaret a pcō ⁊ nos glīificaret. ⁊ hoc (ex intacta v̄gine).ſ.nō corrupta nō ſolū corꝑe:verū etiā mēte ⁊ aīo qꝛ voto ſe deo obtulit ſpōſaȝ (⁊ in mūdo ꝯuerſat⁹).i. in terra ſcā ꝗ mediū mūdi dr̄ cū doctorib⁹ legis diſputauit ⁊ cū alijs dū ꝑdicabat ⁊ miracula innūerabilia faciebat:vt compleret̄ qō dixit

> ¶ Nobis natus nobis datus
> Ex intacta uirgine
> Et in mundo conuerſatus
> Sparſo uerbi ſemine
> Sui moras incolatus.
> Miro clauſit ordine.

Abacuch. Et in terris viſus eſt ⁊ cū hoīb⁹ ꝯuerſat⁹ eſt:⁊ ēt ꝯuerſat⁹ eſt in mūdo (ſparſo v̄bi ſemine).i.mediāte ſemine diffuſo v̄bi diuini dū ꝑdicabat p partes illas iuxta illō. Semē eſt v̄bū dei qꝛ inde naſcit̄ fruct⁹ grē p ꝯuerſionē ab eo:fruct⁹ ſaluatiōis p verā obſuantiā ⁊ cuſtodiā illi⁹ v̄bi diuini iuxta illō. Btī ꝗ audiūt v̄bū dei:⁊ cuſtodiūt illō ⁊ ſeꝗt̄. (Sui moras incolat⁹).i.tarditates ⁊ dilatiōes ſui (incolat⁹).i exiliū a ſua patria vñ exiuit ⁊ ꝑegrinatiōes p.xxxiij. ānos (clauſit).i.ꝯcluſit ⁊ ꝑfecit (miro ordine).i.nouo:ideo miro qꝛ nouo. Nā p ꝑꝰus voluit miniſtrare ꝙ̄ miniſtrari:ꝑꝰus voluit facere ꝙ̄ docere:⁊ de poſt docere opādo ⁊ voluit p ꝑꝰs miracula facere:vt oñderet ſe veꝝ deū qō nō docuit vſq̄ ad etatē. xxx.ānoꝝ Voluit pati:vt nos nō patiamur ꝓpter ip̄m:vt pote voluit oēs deriſiōes p ꝑꝰs pati.vt nos ꝗſcūq̄ illatas ꝯtumelias ſine murmuratiōe pateremur:voluit nob̄ mori vt nos ꝓpt̄ ip̄m parati ſim⁹ mori.vltimate anteꝙ̄ illā immaniſſimā mortē ſuſcepit diſpoſuit medicamen ꝯfficiētiſſimū ad ſurgēdū ab infirmitate ad ſanitatē.⁊ a morte pcti ad vitā anime.vt nō

Digitized by Google

opoꝛteret iterū crucifigi vt rurſus a pctō liberarent hoīes q̄bus diſpoſitis pie miſericorditer oꝛdinatis:finiuit peregrinationem ad pr̄em:vnde exiuit p tp̄alem generationē reuertēdo: cū quo q̄dē ſemp eſt idē q̄ntū ad diuinitatē.

℄ In ſupreme nocte cene
Recumbens cum fratribus
Obſeruata lege plene
Cibis in legalibus
Cibum turbe duodene
Se dat ſuis manibus.

Hec tua vgo) eſt (beata duplici ſorte). i. caſtitate vginitatis ⁊ martyrio (duȝ geſſit). i. deſiderauit (domare). i. macerare (fragilem ſexū). ſ. femineū q ſexus fragilis ē. ⁊ illa (domuit). i. deuicit (cruentū). i. ſanguinolentū vł crudelē (ſeclū). i. diabolū corpe.

Vū nec mortē nec amica mortis
Seua penarum genera paueſcens:
Sanguine fuſo meruit ſecreta
Scandere celi.

Unde q: domuit fragileȝ ſexum. i. corpus ſuum. (nec) ꝓ nō (⁊ nō fuit paueſcens). i. timens mortē nec ſeua genera penarum nec fuit amica mortis. i. diaboli vel pctī. et ideo (ſanguine fuſo) i. conſumato martyrio ipſa virgo (meruit ſcandere). i. aſcendere (ſecreta celi). i. ad celos.

Huius obtentu deus alme noſtris
Parce iam culpis uitia remitens
Quo tibi puri reſonemus almum
Pectoris hymnum.

Et q: meruit ſcādere celū (o alme deus parce iā culpis). i. pctis (obtētu). i. pce vł oſone (huius vginis) vitia remitēs quo ꝓ vt. vt nos (puri). i. caſti reſonem⁹ (tibi almum hymnum). i. canticum. i. cantemus ſanctā laudeȝ (tibi). i. ad honorem tuum.

℃ Carmen eſt dimetrum iambicum aliqua ex parte cacometrum. Canitur ad horas ueſpertinas in natali continentium quātū laudes ꝓſequitur & auxilium multipliciter implorat.

Ieſus ab ore omnium
Collaudetur fidelium:
Qui fecit mētē femine
Conſtantem in certamine.

¶ Hic hymn⁹ dimetrus iambicus eſt. ⁊ aliq̄ ex parte male menſuratus. ex eo quia ſyllaba pro ſyllaba. ⁊ pes pro pede aliquando ponitur. hoc aūt genere verſus: maxima pars hymnoꝝ conſtat. vt ex eoꝝ examinatiōe colligitur. ⁊ ex auctoritate Antoni nebriſſenſis pceptoris mei qui preceteris eoꝝ naturā iam diu ſcrutatus eſt. Materia aūt pſentis hymni verſatur circa laudes dei pmum. ⁊ beatoꝝ ꝯtinentiū. q relicto ſclo: ⁊ ei⁹ oblectamentis: ⁊ illecebris ſpretis in dei ſeruitio tam fideliter quā efficaciter pmanſerūt: fragilē ſexū domādo deinde eaꝝ intercesſionē apud deū petit: ſed pmo deus collaudat q tantā ꝯſtantiā eis pſtitit. (Ieſus collaudet). i. ſimul laudet cum timore fide ⁊ dilectiōe (ab ore ⁊ etiam mente omnium fidelium) qui fecit mentem femine. ſ. huius cuius ſolēnia celebramus (ꝯſtantem). i. perſeuerantem forte ⁊ virilem (in certamine). i. in pugna ⁊ victoria vitiorum. i. peccatorum vel inimicorum. vcȝ diaboli callidi. breuis ſeculi. carniſq; miſere. que ſummopere obſtant ad beatitudinem promerendam.

Da ſancta maria egyptiaca.

Alma egypti filia
Negans terrena uilia:
Contempſit ſecularia
Dilexit & celeſtia.

¶ Hic de maria egyptiaca agit dicēs (alma filia egypti).i.bt̄a maria egyptiaca q̄ licet p̄mo ad modū peccatrix extiterit.tn̄ p.xlvij. ānos in heremo dolore p̄cedētis vite:arctiſſimā vitā duxit in penitētia(negās).i.paruipēdens(terrena uilia).i.veluti vilia trāſitoria ⁊ caduca(ↄtēpſit).i.ſpreuit(ſclaria).i.oīa iſta inſidāna peuntia curſu velociſſimo ⁊(dilexit).i.amauit(celeſtia).i.ad glīam eternam quam exquiſiuerat ptinentia.

De ſancta eliſabeth.

Eliſabeth ſanctiſſima
Orta de ſtirpe regia:
Contempſit ſecularia.
Dilexit & cœleſtia.

¶ Iſte v̄ſus ſc̄e eliſabeth agit memoriā (eliſabeth ſc̄tiſſima) bt̄ſc̄tiſſima nam a p̄meuo ſue etatis tp̄e in x̄pa fide catholica fuit edocta(orta).i.nata (de ſtirpe regia).i.a genere regū.nā illuſtris regis vngaroꝝ filia fuit (cōtempſit).ſ.p̄ x̄p̄o(ſc̄laria).i.regnū ⁊ ſc̄li pōpam(⁊ dilexit celeſtia)q₂ ab ineūte etate(vt refert hiſtoria)ſc̄tiſſime vixit.

Honorauit miraculis
Eam nam a periculis:
Multos ſaluauit dominus
Huius beate precibus.

(Honorauit eam).i.dn̄s eā clarificauit ⁊ hoc multis(miraculis)qđ ex eo patet)nā dn̄s ſaluauit).i.liberauit(multos a p̄iculis) tam aīe quā corpis ⁊ hoc(p̄cib⁹ hui⁹).ſ.bt̄e ↄtinētis cuius ſolēnia celebramus.

Hanc oremus ſuppliciter
Vt nos iuuet ſalubriter:
Ne damnemur cum impiis
In aduentu iam iudicis.

Et q₂ taliter dn̄s eā clarificauit qđ ſaluauit multos a p̄iculis ideo ad ei⁹ auxilium implorandū ↄuertimur(oremꝰ ſuppliciter).i.deuote ſupplicem⁹(hanc).ſ.glīoſam ↄtinētē₃ (vt iuuet nos ſalubriter).i.ſalutifere(ne damnemur).i.ↄdēnemur cū impiis.i.cū ↄdemnādis pctōrib⁹(in aduētu iudicis)qñ venerit iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſc̄lm p̄ ignem.

Preſta pater ingenite
Ieſu cum ſancto pneumate:
Vt eius ſanctis meritis
Cœli fruamur gaudiis.

(O pr̄ ingenite).i.nō genite. q₂ pr̄ a nullo eſt fact⁹ nec creat⁹ nec genit⁹(p̄ſta).i.ↄcede ⁊(o ieſu cū ſc̄tō pneumate).i.cum ſpū ſc̄tō (preſta)etiam vt meritis ſanctis huius beate continentis(fruamur gaudiis celi).i.glīa paradiſi. Amen.

Carmen eſt quale ſuperius. Canitur in eadem feſtiuitate ad matutinas horas & in eadem materia uerſatur.

Nouum ſydus emicuit
Error uetus conticuit:
Nouo ſplendore rutilat
Plebs nouas laudes iubilat.

¶ In p̄ſenti hymno inuitat̄ eccleſia catholica totaq₃ fideliū cōcio ad p̄ſoluendas deo nouas laudes ꝑpter egregias hui⁹ glīoſe cōtinentis v̄tutes:eiuſq₃ interceſſiōib⁹ petit nob veniam ⁊ grām ↄcedi.(Nouū ergo ſydus).i.hec bt̄a ↄtinēs cui⁹ hodie anniuerſarius celebratur dies vel eius op̄a puta humilitas:paup̄tas ſpontanea:obedientia:patientia:⁊ mundi ↄtemptio quibus ipſa tanq̄ nouum emicuit ſydus.ſunt namq₃ egregia ſanctoꝝ op̄a poſteris imitanda ſydera q̄dam ſp̄ualia rutilo ſplendore coruſcātia quibus in hac lachrymarum valle illuminemur.(emicuit).i.apparuit in hac beate. ꝶ.ↄuerſione(error vetus).i.veteris legis(conticuit).i.tacuit in ea ⁊(rutilat.ſ.ſydus).i.ſplendet (nouo ſplendore).i.noua luce.ſ.legis noue. Et propterea(plebs iubilat).i.cum iubilo profert(nouas laudes).i.noua cantica in hac feſtiuitate continentiū.poteris etiam dicere nouum ſydus.i.hec beata. ꝶ. tanq̄ nouum ſydus poſt conuerſionem.

Digitized by Google

Dico qđ plebs iubilat nouas laudes in hac feſtiuitate (in cui⁹ p̄conia). i. ad cui⁹ p̄conia ⁊ laudes ꝓferendas (eccleſia ſoluat). i. diſponat linguā ad cantandū ⁊ (promat). i. manifeſtet gl'iam noui p̄conis. i. noui p̄dicatoris xp̄i. vel noue ꝯtinentis. ⁊ hoc (ſperando veniaꝫ) ſcꝫ delictoꝝ ꝑ interceſſionem eius. (Noui p̄conis). i. noui p̄dicatoris xp̄i vcꝫ hui⁹ bt̄e ꝯtinētis. nō eñ minus femina q̄ vir poteſt eſſe p̄co. ⁊ dñr p̄cones q̄ ore publice denūciant qđ eſt faciendū. q. p̄cinentes ⁊ ante annunciantes quod facto opus ſit. Vergil. Victoreꝫ eneas preconis voce cloanthum declarat. vnde et humanarum laudum precones dicitur qui res egregie geſtas ab hominibus diuulgāt. habetq; hoc nomen fere ſemper actiuam ſignificationem licet hoc in loco paſſiue ſumatur ſiquidem eam ſignificat que ob excellentiam virtutum egregiis meretur excelli preconiis.

¶ In cuius nunc preconia
Linguam ſaluat eccleſia:
Noui preconis gloriam
Promat ſperando ueniam.

¶ Dies ſolemnis agitur
Dies ſaluris colitur:
In quo ſpes que promittitur
Hac atteſtante redditur.

De maria egyptiaca

¶ Ergo beata famula
Que celſa tenes ſecula:
Chriſto corregnans ueniam
Nobis poſcas & gratiam.

De ſancta eliſabeth.

¶ Ergo tu dei famula
Eliſabeth per ſæcula:
Chriſto corregnans ueniam
Nobis poſcas & gratiam.

¶ Preſta pater ingenite. ut ſupra:

Dies ſolēnis agitur). i. celebrat̄ ⁊ (dies ſalutis colitur). i. veneratur (in quo ſpes) ſcilicet venie (que promittitur) ſcꝫ nobis (redditur) ideſt donatur hac ſcilicet beata continēte (atteſtante). i. promittente vel intercedente pro nobis.

Ergo o bt̄ā famula) ideſt beata ſerua chriſti (que tenes) ideſt poſſides (ſecula celſa) ideſt celeſtem patriam (corregnans) ideſt ſimul regnans (chriſto). i. cum chriſto (poſcas nobis veniam) ſcilicet delictorum in futuro et gratiam ſcilicet bene gerende vite in preſenti.

Ergo tu o eliſabeth famula dei corregnans (ideſt ſimul regnans) per ſecula) cū xp̄o poſcas nobis veniam ⁊ gratiam vt ſupra dixit preſens verſus.

¶ Ad uirginem dei genitricem mariam. Ode dicolos tetraſtrophos: compoſita per eundem Petrum nuñez Delgado preſbyterum.

Virgo q̄ magnis meritis coruſcas.
Spiritū phebo ſimul & diane
Promis & meſtos facis inuenire
Proſpera cuncta.

Ecce nos palmas madidoſq; ocellos
Tendimus culpa miſera parentis:
Alma declares iter ad beate
Gaudia lucis.

¶ Regis eterni faciem decoram
Poſcimus noſtrū ſcelus auferentem
Virgo ſanctorū ſpeculū uerendū.
Sancta maria.

¶ Queſumus defer pietate plena
Nato & humani generis parenti:
Nos celebrantes pariterq; flamen
Numine trinum.

Fortiter clames miſerere fili
Supplices ores famulos gubernet:
Qui ſinus mites popul⁹ & ampla.
Viſcera pandit.

Laudibus patrē celebremus om̄es:
Gloria flamen reſonetq; natum
Virgo quā matrē ueñramur almā
Sit benedicta.

Digitized by Google

℄ Ad eundem p̄clarum uirum ac. R. dn̄m. D. Hieronymum pinellum Hiſpalitane academie p̄ſulē digniſſimū. Petri nuñez delgado pbr̄i. familiares expoſitio in proprios ſanctorum hymnos.

℄ Carmen eſt quale illd' pange lingua. Canitur ad horas ueſpertinas in feſto dulciſſimi nois ieſu. Cuius laudes p̄ſeq̄tur: ad illudq̃ celebrandū nos hortatur ut in celis poteſtatum cetui copulemur.

¶ Sup̄iori volumini lectores cādidi vltra ſcholioꝝ additiōes elucidatiōeſq̄ alias quoſdā hymnos de nouo adiecim⁹ (vt intuētib⁹ videre erit) eoſq̄ ab his ſctōꝝ ꝓp̄ijs ideo dignuꝫ duxim⁹ expectiolari: vt ſuis locis appoſiti cū alijs ꝗ q̄litatis ꝗ materie eiuſdē diligerent. q̄ oīa q̄ potuim⁹ breuitate fecim⁹: ꝗ nūc denuo in q̄buſdā q̄ nob tp̄is ratio eſtimare ſuadebat caſtigata impſſorib⁹ tradēda curauim⁹. Reliquū eſt vt iſti cōpendio ſcholiola q̄dā ꝗ ea q̄dē familiaria in ꝓp̄ijs ſctōꝝ hymnis p̄ſtringam⁹. Atq̄ hāc opis partē ab hymnis mira ſublimitate ꝗ cādore refertis: q̄ in dulciſſimi nois ieſu anniuerſario feſto decātari ſolent exordiamur. Nec em̄ immerito de eo ſiddeꝫ ſcriptū eſt. Actuū. iiij. Nō eſt aliō nomē ſub celo datū hoib⁹ in q̄ oporteat nos ſaluos fieri ꝛc. hoꝝ igiẗ p̄m⁹ eſt Glorioſi ſaluatoris. In q̄ hymnograph⁹ incitat in p̄mis eccleſiaꝫ. i. xp̄i fideles ad decātāda p̄conia ꝗ excellētiā nois

Loriosi ſaluatoris
Nominis preconia
Quē in corde genitoris
Latent ante ſecula
Mater celi plena roris
Pandant nunc eccleſia.

ieſu: cui⁹ laudes p̄ſeq̄t dicēs q̄ eſt dulce: grat⁹: ineffabilē: effugās demonia ꝛc. Hortaẗ deniq̄ oēs vt cerneti tā p̄claꝝ nomē veneremur: q̄tin⁹ p illō ſup̄ne ꝗ ciuiū ꝯſortio copulari valeamus. (Mater igiẗ eccl'ia) q̄ digne ꝗ ꝑfecte colit deū: q̄m vt ſcribiẗ cāticoꝝ. iiij. tota pulchra ē amica mea ꝗ macula nō eſt in te (plena roris) i. pulchritudinis ꝗ gr̄e celeſtis. i. ſp̄ūſſcti iuxta illō cāti. v. caput meū plenū eſt rore (pādat). i. ꝓmat ꝗ cātet (nūc). i. i hoc feſto āniuerſario (p̄
preconium conia). i. p̄dicationē ſeu ꝓnūciationē. Et nota q̄ p̄coniū ꝓp̄ie eſt ip̄a p̄conis vox: tū q̄ a p̄cone res geſte ꝓnūciari ſolēt: ideo q̄nq̄ ꝓ laude fama ꝗ gl'ia ſumiẗ a genealogia: v'tutibus corp̄is ꝗ fortune. (noīs) q̄d eſt ieſus. q̄d oīs q̄ inuocauerit ſalu⁹ erit. vt ſcribiẗ ad romāos. x. Neq̄ em̄ aliō nomē eſt ſub celo datū hoib⁹ in q̄ oporteat nos ſaluos fieri actuū. iiij. (ſaluatoris glorioſi). i. pleni gl'ia. noīa em̄ in. oſus. habitationē ſiue copiā ꝗ plenitudinē ſignificant.
Noīa in oſus. (Que). ſ. p̄conia ꝗ ꝓnūciatiōes (latēt) q̄ ſecreta ꝗ abſcōſa fuere (i corde). i. mēte (genitoris). i. dei p̄ris oīpotētis (ante ſcl'a). i. ab initio ꝗ ante mūdi ꝯſtitutionē. latebat nāq̄ nomē n̄ri ſaluatoris in mēte diuino donec ab āgelo diceret luce p̄mo ꝗ vocabis nomē ei⁹ ieſum ꝛc.

❧ Incipit iam recenſere excellētiam nois

℄ Nomen dulce: nomen gratum
Nomen ineffabile
Dulcis ieſus appellatum
Nomen delectabile
Laxat penas & reatum
Nomen eſt amabile.

Dulce. ieſu dicēs. (Nomen iſtō. ſ. ieſus eſt. ſ. dulce). i. ſuaue: q̄d a delitio quidā deducūt q̄ dulcia maxime alliciāt: (eſt etiā nomē gratū). i. gra
Gratus tioſum. Gratus d̄r qui gr̄am ꝓ beneficio refert. q̄nq̄ grat⁹ ſumiẗ ꝓ leto ſicut ingrat⁹ ꝓ
Vergili⁹. triſti. Vergilius. Et cineri ingrato ſuprema ferebant. i. triſti. (ꝗ eſt nomen ineffabile). i. in
Ineffabi: enarrabile. hiſpanice enim ineffabilis ꝗ hoc
lis d̄r de⁹ ꝗ ineffabile dicitur lo que no ſe puede hablar.
quare. Nota tamen q̄ dei nomen ꝗ deū ipſum dicimus ineffabilem nō q̄ nō poſſit dici q̄d eſt fari ſed q̄ finiri ſenſu ꝗ intellectu humano nullatenus poſſit ꝗ q̄ de eo nihil digni dici pōt (appellatum). i. vocitatū matth. j. (dulcis ieſus) q̄d interp̄tatur ſaluator. appoſitiue (nomē delectabile). i. delectationem afferens ꝗ hoc. ſ. nomen (laxat). i. remittit penas. i. ſupplicia ꝓ pec
Pena. catis debita. Dicta pene teſte varrone a pendendo quia eſt ſupplicium quo quis ob deli
Varro. ctum afficitur (ꝗ reatum). i. culpam ſiue vt dicunt theologi obligationem ad penaꝫ ideoq̄ eſt nomen amabile.

Digitized by Google

Sequitur (hoc nomen eſt adorandum).i.debet adorari veluti nomen eius cui debet
pfecta adoratio:q2 ſolus deus eſt adorandus iuxta illđ luce.iiij.dñm deū tuū adorabis.⁊c.
eſt etiā (nomē ſumme glorie).i.magne glorie q2 illi danda eſt gloria iuxta illud.ps.cxiij.ſed
nomini tuo da gloriam.(nomē etiam meditandum).i.medio animo verſandum hoc eſt co meditari.
gitandū.meditari namq3 licet in alias ſignificationes deſcēdat hoc pus ſignificat.vñ hie Hieronymus.

Hoc eſt nomen adorandum
Nomen ſumme glorie
Nomen ſemper meditandum
In ualle miſerie
Nomen digne uenerandum
Supernorum curie.

ronymus.ex hoc loco intelligim⁹ non ſolū
herodem ſed ſacerdotes ⁊ ſcribas necem dñi
fuiſſe meditatos.(ſemp).i.in oĩ tpe.(⁊ hoc
in valle miſerie).i.in hoc mundo qui lacus ⁊
vallis miſerie eſt.vñ eſt illud.ps.xxxix.eduxit
me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis.eſt etiā hoc
nomē.ſ.ieſus(ſemp venerandum).i.colendū
nam licet venerari proprie ſit veniam orare.
tñ ſumitur p colo ſicut colo p veneror.Ver Vergilius
gi.ſumme deū ſcti cuſtos ſoratis apollo:quē
collimus.i.veneramur ⁊ nō immerito eſt venerandum quia Ephe.pimo eſt ſupra omne
nomen qđ nominatur non ſolum in hoc ſeculo ſed etiam in futuro(curie).i.collegio ſupno
rum.ſ.ciuiū ⁊ poterit eſſe curie datiuus vt dtũs vel poſitus p ablt̃ō ſi venerandū eſt parti
cipium.Mar.diligeris populo non propter premia ceſar. Marcial.

Nomen iſtud predicatum
Melos eſt auditui
Nomen iſtud inuocatum
Dulce mel eſt guſtui
Iubilum eſt cogitatum
Spiritali uiſui.

Proſequtur dicens ꝙ nihil obſtat quo
minus iſtud nomen.ſ.ieſus ſit venerandum:
quandoquidem corporeos omnes reficit ſen
ſus ⁊ implet ⁊ nos omnem animi ⁊ corporis
gaudimonium ⁊ ſuaue olentiam inde capi
mus.inquit igitur (nomen iſtud predicatū)
ſcʒ populis quibus debet predicari iuxta il
lud actuum.ix.⁊ continuo ingreſſus in ſina
gogam predicauit ieſum qm̃ hic eſt fili⁹ dei:
(eſt mellos auditui)ideſt ſuauitas attrahēs
ad ſe auditum.Melos pprie de cantus ſuauitas ſiue dulcis modulatio ⁊ priorem corripit. Melos.
nam illud Perſij.ſ.cantare credas pegaſeium melos p duplex.ll.debet ſcribi vt ſtet vſus Perſius.
vt apud Vergi.Reliquias danaum.⁊ hoc de auditu.Tranſit nunc ad guſtū cui⁹ obiectuʒ Vergili⁹.
eſt dulce vel amarum dicens(iſtud etiam nomē inuocatum).ſ.a nobis vel in nr̃m fauorem Dulce vel
iuxta illud Iohelis.ij.omnis ꝙ inuocauerit nomen dñi ſaluus erit(eſt mel dulce guſtui).i. amarū ob
ad guſtum hoc eſt attrahit ad ſe guſtum velut mel obiectum eius.Mel autem latinū eſt a iectuʒ gu
meli greco nō autem a melos aut a miſcendo vt qdam impiti putāt.Nomē etiam iſtud.ſ. ſtus.
ieſus(cogitatum).i.mente cõceptum.fit namq3 iam tranſitus a ſenſibus corporeis ad ani Mel
mum in quo etiam hoc nomē placidiſſimā ſibi reqrit manſionē.cogito aũt freqntatiuum
vbum eſt a cogo cogis(qđ ex con ⁊ ago abiectis o.⁊.n.coaleſcit)⁊ ſignificat in vnū collige Cogito.
re.Cice.tuſ.i.celum hoc in quo nubes:imbres:ventiq3 cogitur.referturq3 pprie ad animū Cicero.
vt qđ in eo colligitur pprie cogitari dicatur(eſt iubilum).i.ſingulare ⁊ inextimabile gau Iubilum.
dium.vnde iubilare:teſte auguſtino:eſt proprie gaudium verbis non poſſe explicare et ta Iubilare.
men voce teſtari quod corde conceptum eſt ⁊ verbis explicari nō poteſt inde eſt illud.i.pa auguſtin⁹.
rali.xv.ducebant arcam federis dñi in iubilo ⁊ ſonitu boccine iubilare hiſpanice dicit ha Video.
zer alborbolas.iubilum vero aquellas miſmas alborbolas(viſui).i.noſtre anime vel intel Cerno.
lectui(ſpiritali)ſincopatum eſt pro ſpirituali.viſus proprie actus ipſe videndi eſt nā video
ad animum transfertur ſicut cerno ad corpus.

Hoc eſt nomen exaltatum
Iure ſuperiori
Nomen iure formidatum
Effugans demonia.

Hoc nomen.ſ.ieſus eſt exaltatum).i.in
altum eleuatum iuxta illud.ps.cxlviij.iuue
nes ⁊ virgines ſenes cum iunioribus lauda Exalto.
te nomen dñi q2 exaltatum eſt nomen ei⁹ ſo
lius.(exaltatum igitur).i magnifice laudatū
hoc namq3 p tranſlationem ſignificat exal

Ad ſalutem nobis datum
Diuina clementia.

co(iure ſuperiori).i. diuina lege(ꝛ nomen in-rem).i. merito ꝛ ratione(formidandum).i. ti-mendum. Deuterono. xxviii. timueris nomē eius glorioſuꝫ ꝛ terribile (effugās demonia) ideſt extra fugere faciens maligno ſpiritus. Marci. xvi. in nomine meo demonia eiicient ideſt in vtute nominis mei.(datum).i. ꝯceſſum(nobis ad ſalutem). ſ. mentis ꝛ corporis qꝛ in nomine eius eſt nobis ſalus Michee. vi. erit ſalus timentibus nomen ſuum ꝛ hoc(diui-na clementia)ideſt bonitate dei per quam viuimus mouemur ꝛ ſumus ꝛ lex clementie in lingua eius prouerbiorum. xxxi.

Studio: ſuoꝝ ſe ho norandus Ariſtotel.

Nomen ergo. concludit docens hoc nomen eſſe apprime venerandum quoniā ſi ſtu-dioſus hoc eſt virtute preditus eſt honorandus ꝑſe ethicorum. iiii. multo magis omnium virtutum vas ꝛ fons vberrimus quale eſt hoc nomen ergo(nos cerui).i. humiles cū reue-rentia ꝛ genuflexione(veneremur) i. recolamus(tam beatum nomen)ideſt tanta beatitu-dine plenum quia actuum. iiii. non eſt aliud nomen ſub celo datum hoībus in quo opor-tet nos ſaluos fieri ⁊c. ſic firmatum. i. fixum (in corde).i. in animo noſtro(ſic)ideſt taliter (q̄ non poſſit erui)ideſt a nobis ſeparari(vt copulemur)redit cauſam ideſt vt coniunga-mur per hoc(in celis)ideſt in gloria paradi-ſi(cetui)ideſt conſortio(ſupernorum) ſcilicet ciuium. Coetus autem nec te lateat lector cum oe diphthongo ſcribitur a coeundo.i. in vnum conueniendo. ſine diphtongo xo piſ-cis marinus eſt qui ꝛ cete indeclinabile dr.

Coetus.
Cetus.

Nomen ergo tam beatum
Veneremur cerui
Sit in corde ſic firmatum
Quod non poſſit erui
Vt in celis poteſtatum
Copulemur cetui.

Sit diuine ⁊c. gratiarum actio eſt(vir-tus ꝛ potentie ſit diuine maieſtati).i. diuino numini(ꝛ honor laus ꝛ gloria detur trinita-ti ſumme).i. deo trino(ꝛ reuerentia par) .i. equalis(ſit ſemꝑ vnitati).i. vni deo ꝑ īmmē-ſa ſeculoꝝ ſecula. Amen.

Sit diuine maieſtati
Virtus & potentia
Detur ſumme trinitati
Honor laus & gloria
Semper tamen unitati
Par ſit reuerentia.

Carmen eſt quale illud exultet celum. Canitur in eodem feſto dulciſſimi nominis ieſu ad horas matutinas: eiꝰ laudes proſequitur: & auxilium implorat. Horum auctor creditur eſſe auguſtinus in iubilo.

Preſens hymnus in tres principales diuiditur partes ſecundum q̄ tria facit. in pri-ma parte mira depingit glorioſi nominis ieſu laudes. in ſecunda conuertit ſermonem ad nominatum redemptorem Jeſum petitq; vt ipſe qui eſt ſpes noſtre ſuſpirantis anime au-ferat nubem triſtitie donecq; lucē glorie. In tertia deniq; pro repetita ac ſi eſſet cōceſſa reddit gratias deo dicens. tibi ieſu ſit gloria ⁊c. dicit igitur.(Nomen ieſu magnificum).i. magnifice glorie. vnde eſt illud. ii. Petri. i. voce delapſa de celo huiuſcemodi a magni-fica gloria ⁊c. ſeꝫ (dulce canticum in aure).i. dulcedine eius allectas attrahit ad ſe aures quando veꝫ laudamus nomen dei eſt canti-co ꝛ magnificamus eum in laude. ps. lxviii. (Et nomē ieſu eſt mel mirificum) i. excellen-tiſſimū (in ore)ſcilicet fidelium(ꝛ eſt nectar celicum).i. dulcedo ꝛ celeſtis potio(in corde)ſci-licet noſtro ꝛ vt in ſumma dicam dum nomen ieſu cogitatur eſt celicū nectar in corde. dū

NOmen Ieſu magnifi-cum.
In aure dulce canti-cum:
In ore mel mirificū
In corde nectar celicum.

pronunciatur mel mirificum in ore. dum auditur dulce canticũ in aure veluti proprijs eorum obiectũ. pro quo ſciendũ q nectar nõ dicitur a nectendo q linguam (vt multi volunt) nectar ſed eſt nomẽ grecũ ⁊ proprie ſignificat potũ deoꝝ ſicut ambroſia dapes eorum Vergi. de liuore. Aut tradat ganymedes ipſe nectar. Nõ ſomnum capit aut quieſcit vnq̃. hoc etiam nomine immortalitas deſignatur vnde nectareus pro diuino ⁊ immortali. Nectar. Vergili⁹. Nectare⁹

¶ Nil canitur ſuauius
Auditur nil iucundius
Nil cogitatur dulcius
Quam ieſus dei filius.

Proſequitur laudes dicens (nil). i. nulla res (canit ſuaui⁹). i. maiori ſuaui loquẽtia et delectatiõe. eſt eñi nomẽ dei ſuaue iuxta illũ. ps. cxxxiiij. pſallite nomini ei⁹ qm̃ ſuaue eſt (nil auditur) ideſt aurib⁹ repreſentatur (iucũdius). i. qđ magis iuuet aures ⁊ (nil cogitat) i. mente concipitur (dulcius) quia dulcis ⁊ reptus dominus. ps. xxiij. (quã ieſus filius dei) ſic enim paterna teſtatur vox Mat. xvij. hic eſt filius meus dilectus. ⁊c.

¶ Hoc nomen ardet dulciter
Dulceſcit mirabiliter
Sapit delectabiliter
Delectatq; foeliciter.

Hoc nomẽ. ponit aliq̃s glorioſi hui⁹ nominis ꝓprietates dicẽs q (hoc nomen). ſ. ieſus (ardet dul.). i. ardere facit corda fidelium iuxta illud nonne cor noſtrũ ardẽs erat i nobis de ieſu dũ loque. in via ⁊ facit eos ardore charitatis incẽdi in ꝓximos dulci eos amore ꝓſequẽdo quia vt inquit apoſto. charitas omnia ſuffert omnia ſuſtinet ⁊c. (dulceſcit mirabiliter). i. dulce fit mirũ in modum ⁊ (ſapit) i. dat ſaporem guſtui ⁊ anime noſtre eſt enim methaphora ſumpta a cibis corporeis (delectabiliter). i. maxima cum delectatione (q;) pro ⁊ (delectat) i. delicias ginit in nobis eius nã q; delicie ſunt eſſe cũ filijs hominũ (foeliciter). i. cum omni plenitudine foelicitatis.

¶ O beatum incendium
O ardens deſiderium
O dulce refrigerium
Excedis omne gaudium.

O particula trib⁹ caſib⁹ iũgi ſolet. nõ vt o mos antiqu⁹. Perſi⁹. O vos patricius ſanguis. ⁊c. Actõ vt cicero. O fortunatã natam me conſule romam. Vocatiuo vt Perſius. O iane a tergo. Vergi. O regina nouã cui condere iupiter arcẽ. Sed nota teſte valla q tũc vehemẽtẽ excandecẽtiã ⁊ irã ſignificat cũ actõ iungitur. (O igitur beatũ incendiũ) i. o ieſus beatus ignis quo nos dei ⁊ proximi amore incenſi ad beatitudinẽ ꝓuocamur ⁊ (o deſiderium ardens) ideſt fide ⁊ charitate ⁊ ſpiritus ſancti nos igne ardere faciens. ardentes namq; ⁊ non tepidos in fide nos eſſe oportet nam tepidos ex ore ſuo ſe euomere dicit ſaluator apocalypſeos. iij. (excedis tu ſubaudi o ieſus). i. ſuperas (omne gaudium). i. gaudimonium ⁊ delectationem. O. tribus caſibus iũgi ſolet. Perſius. Cicero. Vergili⁹. Deus tepidos euomet.

¶ Ieſu redemptor optime
Spes ſuſpirantis anime
Pellens nubem triſtitie
Nobis da lucem glorie.

Ieſu redemptor. hec eſt ſecunda pars preſentis hymni in qua petit a redemptore noſtro ieſu nomine vt pulſa nube triſtitie det nobis lumen glorie dicens. (O ieſu redemptor optime) optim⁹ fuit redemptor qr vt ſcribitur ad hebreos. ix. ſuo ꝓprio ſanguine nos redemit: appoſitiue (ſpes anime). ſ. fidelis (ſuſpirantis). i. ad te tanq̃ ad conſolationem ⁊ remedium in tribulationibus ſuſpiria mittentis (da nobis) ideſt concede (lucem). i. claritatem (glorie). ſ. celeſtis ⁊ hoc pellens). i. expellens prius (nubem) ideſt obſcuritatẽ (triſtitie) i. peccati nam veluti homines triſtes tenebricoſum ⁊ abſconditum preſeferunt vultum ita peccatum obſcuram redit animam ⁊ ante acta opera bona mortificat.

¶ Tibi ieſu ſit gloria
Honor uirtus uictoria
Salus decus imperium
Et nunc & imperpetuum. Amen.

Agit in hac vltima parte grãs deo vt ſupra diximus ꝓ repetita dicẽs o ieſu glo. ſit tibi ⁊ etiã ſ. ſit (honor ⁊ virtus) iuxta illũ apocalipſis. vij. benedictio ⁊ claritas ⁊ ſapientia ⁊ gratiarum actio honor virtus et fortitudo ſit deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen.

Digitized by Google

¶ Carmen eſt quale illud aue maris ſtella. Canitur in eodē feſto ad laudes matutinas. Immēſam dulciſſimi nominis ieſu uirtutem deſcribit.

¶ In preſenti hymno intendit auctor quicunq; fuerit deſcribere huius glorioſi nominis ieſu ſingulares effectus: v̄tutem: p̄matum ꝛ excellentiā: veluti de eo de quo ſcriptū eſt actuū iiij. Non eſt aliud nomen ſub celo datum hominibus ſub quo oporteat nos ſaluos fieri niſi in nomine ieſu. dicit igitur o (ieſu fili dei) ſic appellatus eſt ab homine illo ab ſpū immūdo obſeſſo Marci. v. quid mihi ꝛ tibi ieſu fili dei altiſſimi. appoſ. (nomen ſingulare). i. excellens hoc autem nomen ſingularis ꝛ. e. a. ſingulus dr̄ ꝛ ſingulus. q. ſine angulo ꝙ ea que vnica ſunt nequeant conſtituere angulum ꝑ quod ſignificatur vnicum ꝛ excellēs ꝛ famatiſſimū tam in bonā partē ꝙ malā: in bonā vt hic. in malā apud Ciceronē ꝓ ſylla. De ſingulari immanitate ꝛ crudelitate ꝓditum (nomen ſcte ſpei). i. ꝑ qd̄ ſperat̄ ꝛ dat̄ omne qd̄ bonū eſt ꝛ (nomē ſalutare). i. ſalubre vel ſanitatem ꝯferens vt puta nomen xp̄i ieſu qui ſalutare dr̄ Luce. ij. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: ꝛ alibi. ꝛ videbit omnis caro ſalutare dei. i. xp̄m.

Singlaris ſ. ſingul.

Cicero.

IEſu fili dei
Nomen ſingulare
Nomen ſancte ſpei:
Nomen ſalutare.

¶ Proſequitur dicens ꝙ nomen iſtud. ſ. ieſus eſt cibus. i. cibarium vere reficiens mentem veluti cibꝰ materialis reficit corpus: vt puta nomē illius pueri ieſu qui Ioan. vj. dixit. caro mea vere eſt cibus. ꝛ (medicina). i. medela ꝛ antidotum ad ſanandum lāgores noſtros: vnde eſt illud marci. in nomine meo ſup egros manus imponent ꝛ bene habebunt ꝛ (nomen ieſu eſt lux). ſ. vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū ne in peccatoꝝ tenebras decidat (ſeruans). i. ꝯſeruans vel p̄ſeruans ſtantes ne cadant (a ruina). i. a peccati recidiuatione ꝑ quā inanis efficitur anima deo (q;) pro ꝛ (donans). i. concedēs (ſolamen). i. ꝯſolationem ne qs in aduerſis oppreſſus deſperet. Solamen autem magis eſt poeticum ꝙ oratorium teſte valla. vnde Vergilius. ſolamenq; mali de collo fiſtula pendet.

¶ Cibus medicina
Lux eſt ieſu nomen
Seruans a ruina
Donanſq; ſolamen.

Solamen
Valla.
Vergiliꝰ.

¶ Dicit ꝙ nomen ieſu eſt ſolamē nec immerito quia ſcʒ (cogitatum) ideſt quandocū ꝗ cogitationibꝰ infigitur humanis (paſcit) ideſt reficit cogitationem ꝛ (p̄dicatum) ideſt cum predicatur (lucet) ideſt ſplendet (ꝛ inuocatum) ideſt quando inuocatur (lenit) i. mitigat caſtas mentes vel (lenit) i. lene blandum ꝛ ſuaue eſt per ſe (ꝛ fouet). i. recreat ꝯſeruatq; (mentes) i. animas (caſtas) i. puras et a peccato immunes ſeu purgatas.

¶ Paſcit cogitatum
Predicatum lucet:
Lenit inuocatum
Caſtas mentes fouet.

¶ Conſolatur ꝛc. ponit alios huius glorioſi nominis effectus dicens ꝙ (conſolatur triſtes) ideſt in aliqua triſtitia ꝛ calamitate poſitos peccatores (ꝛ ſaluat) ideſt ſaluos facit (penitentes) ideſt peccata ſua plangentes per penitentiam veram que eſt preterita mala plangere ꝛ plangenda iterum non committere. ꝛ dico ꝙ ſaluat penitentes qꝛ vt ſcribitur actuum. x. ꝑ nomen eius remiſſionem peccatoꝝ accipient oēs qui credunt in eum. ꝛ (cōfortat). i. animas accendit ꝛ fortes facit (pugnantes) ſ. aduerſus diabolum: carnem: ꝛ mundū tres anime inimicos: bellum gerentes ꝛ (ſanat). i. ſanitati reſtituit (omnes morbos). i. omnes infirmitates vel omnem langorem ſeu angorem. i. corporis ꝛ anime cruciatum per remiſſionem peccatorum.

¶ Conſolatur triſtes
Penitentes ſaluat:
Confortat pugnantes
Omnes morbos ſanat.

Penitentia.

Tres inimici tres.

Digitized by Google

¶ Preſtat cecis uiſum
Et ſermonem mutis
Datq; claudis greſſum
Et auditum ſurdis.

Preſtat.&c. docet quomodo ſanat omnes morbos dicens ꝙ hoc nomen (preſtat).i. confert (cecis).i. lumine orbatis vel a natura ipſa vel a caſu (viſum).i. lumen hoc eſt facit vt videant &.ſ. preſtat (ſermonem mutis).i. facit mutos loqui (q;) pro & (dat).i. cõcedit (clau Claudus
dis).i. truncatis pedibus & eis non valentibus conſiſtere (greſſum).i. vt faciãt greſſum hoc vnde.
eſt vt ambulent. & nota ꝙ claudus dr̃.q. pedibus clauſus.i. impeditus qui ex pedibus aut cruribus ſoemoribuſue variciatis non poteſt greſſus facere. & dat.ſ. (auditum ſurdis).i. facit ſurdos audire. que omnia in nomine ieſu diſcipuli faciebant. vnde eſt illud Luce. vii. ceci vident. ſurdi audiunt. claudi ambulant.&c. Surdus autem dicitur a ſordibus quib⁹ ob- Surdus
tuſe ſunt aures & in duritiem verſe audire non ſinunt & tam actiue ꝙ paſſiue ſumitur: vt ſurd⁹ vnde.
ſit qui nõ audit & qui nõ auditur Iuue. Surda nihil gemeret graue buccina. inde a Pli= Iuuenal.
nio ſurde herbe appellantur quorum nomina non ſunt. non enim audiũtur cum ſint ſine Plinius.
nomine noſq; etiam ipſi abſurdum dicimus dictum quando tale nunq̃ eſt auditum.

¶ Nomen reuerendum
Suſcitat defunctos
Nomen expauendum
Liberat obſeſſos.

Nomen.&c. proſequitur dicens ꝙ hoc (nomen.ſ. ieſus reuerẽdum).i. maxima veneratione dignũ q2 donauit illi nomẽ: vt ſcribitur ad philippẽſes.ij. q̃d eſt ſuper omne nomen vt in nomine ieſu omne genu flectatur celeſtrium terreſtrium & infernorũ (ſuſcitat)
i. ſurgere facit a morte (functos).i. defunctos vita hoc eſt mortuos. nam vt dicimus defun= Defunct⁹
ctus officio pro eo ꝙ ſuo officio eſt perfunctus: ita defunctus quoq; vita dicitur qui vitam Laurẽti⁹
finiuit teſte laurentio (nomẽ expauendũ).i. timendũ. iuxta illud quod predixerat dauid. pſ. ci. timebũt gentes nomen tuũ dñe (liberat).i. diſſoluit (obſeſſos).ſ. homines a preſſuris & ab anguſtia diaboli iuxta illud Mar. xvj. in nomine meo demonia eiicient.&c.

¶ Quod a genitoris
Pietate datur
Hoc in ſaluatoris
Nomine petatur.

Declarat tãtã eſſe hui⁹ glorioſi noĩs dignitatẽ vt in eo petat̃ qcq̃d a patre petẽduʒ ſit iuxta illud quicq̃d petieritis patrẽ ĩ noĩe meo dabit vobis & illud eiuſdẽ ioannis cap. xvi. in illo die in noĩe meo petetis (hoc igitur petat̃) bonũ cõſiliũ eſt (in nomĩe ſaluatoris) i. ieſu noſtri redemptoris (quod datur).i. ſi quid volueritis dari. & concedi (a pietate genitoris) ideſt dei patris omnipotentis.

¶ Sit laus trinitati
Salus atq; uirtus
Compar unitati
Honor lux & decor. Amen.

Sit ergo laus trinitati) ideſt deo trino (ſalus atq; virtus compar) ideſt equalis (ſit vnitati) ideſt vni deo & honor.ſ. compar lux & decor. Amen.

¶ Carmen eſt dimetrũ iambicũ cacomettũ hoc eſt male mẽſuratũ. Canitur in dedicatione eccleſie. Rogat deũ ut in hoc tẽplo mereamur acquirere eterna bona: & cũ ſuis ſctis perẽniter poſſidere.

Vrbs beata hieruſalem
Dicta pacis uiſio
Que cõſtruitur in celis
Viuis ex lapidibus
Et angelis coornata
Vt ſponſata comite.

In hac cõmemoratiõe celeſtis hieruſalẽ auctor laudat deũ qui in hoc ſacro templo infundit iugiter ſuam bñdictionẽ. q̃propter rogare debemus vt in hoc tẽplo ſctõ ſuo oẽs ꝓmereamur acq̃rere eterna bona: & adepta cũ ſuis ſctis perẽniter poſſidere (hieruſalem beata vrbs).i. ciuitas celeſtis conſtituta vel cõſtructa de aĩabus ſctõꝝ qui ſunt viui lapides (eſt dicta).i. interp̃tata viſio pacis (q̃) hieruſalem (conſtruitur in celis viuis ex lapidibus). ideſt ſanctis animabus ſanctorum que

Digitized by Google

ſunt viui lapides. illa dico (coornata) ſcilicet angelis (vt ſponſata) idest ſponſa (comite) ſpō ſo. i. ſicut mulier ornata eſt viro. ideſt ſponſo. ita eccleſia chriſto.

℄ Noua ueniens e celo
Nuptiali thalamo
Preparata ut ſponſata
Copuletur domino
Platee & muri eius
Ex auro puriſſimo.

Iſta (noua ſpōſa). i. ſctā eccleſia (veniēs e celo). i. xp̄o. iſta dico (p̄parata nuptiali). i. v̄ginali (thalamo vel lecto). i. thalamo baptiſmatis (vt) p ſicut ſpōſata copulet. i. coniūgatur (dn̄o platee). i. vie. ſ. perfecte ambulantes in viis dn̄i (⁊ muri). i. p̄dicatores illius ſponſe ſunt (ex auro puriſſimo). i. ſplēdore ſanctorū qui ſplendidi efficiūtur vt aurū puriſſimuꝫ.

℄ Tunſionibus preſſuris
Expoliti lapides
Suis coaptantur locis
Per manus artificis
Diſponuntur permanſuri
Sacris edificiis.

Lapides. i. ſancti martyres (expolliti). i. aptati ad edificandum (tunſionibus). i. percuſſionibus ⁊ afflicti (preſſuris). i. tribulationibus. Sicut enim lapides in muro ſunt edificati. ita anime ſanctorum ſunt ordinate in paradyſo (qꝫ) pro ⁊ (aptantur). i. ordinantur vel diſponuntur (ſuis locis per manus artificis). i. per manus filiȷ dei. lapides dico (permanſuri ſacris edificiis). i. celeſtib⁹ edificiis.

Sicut lapides in muro ita anime ſctōꝝ ordinate ſunt i gloria.

℄ Porte nitent margaritis
Aditis patentibus
Et uirtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis qui ob chriſti nomen
In hoc mundo premitur.

Porte). ſ. illius templi (nitent). i. reſplēdent (margaritis). i. virtutibus (aditis). i. liminibus vel introitu (patentibus) ideſt apertis (omnis). ſ. chriſtianus (qui ob chriſti nomen premitur) ideſt cruciatur (in hoc mūdo) ſ. in hoc ſeculo (introducitur illuc). i. celeſtem hieruſalem (virtute meritorum) ideſt bonorum operum ſuorum.

Adyta et vnde. Vergili⁹.

Additio. Adyta ſunt ſecretiora templi loca q̄ adire non licet niſi ſummo pontifici. Vergi. ij. ene. iſqꝫ adytis hec triſtia dicta reportat. hoc ſeruius ibidem ſentit ⁊ dicitur ab. a. grece quod eſt ſine ⁊ dys qd̄ eſt ingredior quaſi inacceſſibile. templorū ergo penetralia dicuntur adyta ſicut ianua value. inde eſt diminutiuum adyticulum.

℄ Angularis fundamentum
Lapis chriſtus miſſus eſt
Qui compage parietis
In utroqꝫ nectitur
Quem ſancta ſyon ſuſcepit
In quo credens permanet.

Chriſt⁹ dr̄ lapis angularis: qꝛ a iudeis fuit reprobat⁹. vñ dauid. Lapidē quē reprobauerūt edificātes. ⁊c. Cū duos pplos in vnuꝫ cōiūxerit. ſ. iudaicū ⁊ gētilē. q̄ xp̄s fili⁹ perduxit eos ad eternā beatitudinē ſummi regis. i. dei pr̄is (fundamētū) toti⁹ eccleſie (miſſus ē a patre) vel eſt fact⁹ (lapis angularis) q̄ lapis (nectit). i. cōiungit (cōpage). i. cōiūctiōe (parietis in vtroqꝫ). i. in duob⁹ pplis. ſ. in iudaico ⁊ gētili (quē ſcꝫ xp̄m ſyō ſuſcepit ſctā) ſyō interpretat eccleſia vel ſpeculatio (in quo). ſ. xp̄o vel eccleſia (credēs). i. xp̄ianus qui credit (permanet). i. firmiter ſtat. ſ. ī fide ſancte eccleſie.

Syon.

℄ Omnis illa deo ſacra
Et dilecta ciuitas:
Plena modulis in laude
Et canoro iubilo
Trinum deum unum quoqꝫ
Cum fauore predicat.

Oīs illa ciuitas). i. eccl̄ia militās (deo) ſ. ad honorē dei eſt (ſacra). i. ſacrata (⁊ dilecta). i. amata a deo (plena modulis). i. cantilenis angelorum (in laudem dei ⁊ canoro). i. cātu (vel canore iubilo). i. dulci exultatione. Jubilus eſt gaudium illud quod eſt interi⁹ in homine quod omnino non poteſt proferri. nec omnino tacetur ſcilicet pre animi exultatione. et ſacra eccleſia predicat (trinum deum) ſcilicet in perſonis (quoqꝫ) pro ⁊ vnum in ſubſtantia vel eſſentia (cum fauore) ideſt cum prece.

Digitized by Google

¶ Hoc in templo ſumme deus
Exoratus adueni:
Et clementi bonitate
Precum uota ſuſcipe
Largam benedictionem
Hic infunde iugiter.

¶ O ſumme deus exoratus.ſ.a nobis.i.tu deprecatus (adueni) per gratiam (in tēplo) i. in iſta eccleſia (& ſuſcipe vota).i.p̄ces vel orationes deuotas (p̄ecantiū).i.rogantiū (clemēti bonitate) idest tua pietate (infunde).i. immitte (iugiter) ideſt perenniter vel aſſidue (largam benedictionem.

¶ Hic.ſcilicet in ſacra eccleſia. vel hic.i.in iſto loco congregatio omnium fidelium vel omnes fideles (promereantur).ideſt mereantur (acquirere) ideſt adipiſci & obtinere (petita) ideſt iuſtas & ſanctas ſuas petitiones (et mereantur poſſidere) ideſt retinere (perenniter) ideſt perpetuo (adepta).i. precibus ſuis acquiſita et mereantur (introire) ideſt ingredi (paradyſum) ideſt celum (cum ſanctis iuſtis.fideles dico tranſlati in requiem.i.gaudium ſempiternum.

¶ Hic promereantur omnes
Petita acquirere
Et adepta poſſidere
Cum ſanctis perenniter
Paradyſum introire
Tranſlati in requiem.

¶ Carmen eſt ſaphicū endecaſyllabū mixtū adonico quale eſt illud nocte ſurgētes. Canitur ad horas nocturnas in feſto dedicationis alme eccleſie Hyſpalenſis. Intendit auctor rogare deum ut cōſeruet nos intra hoc templum eius honorem celebrantes.

CHriſte cūctorum dominator alme
Pr̄is eterni genit⁹ ab ore
Supplicum uota pariterq; hymnū
Cerne benignus.

¶ Materia glorioſiſſimi hymni p̄ſentis eſt agere de dedicatione tēpli Hyſpalēſis eccleſie & laudare deū: a quo petit eccleſia in p̄ſona totius populi chriſtiani. vt velit infundere ſuam benedictionē & gratiā intra tēplū hoc. vt quicūq; beneficia petiturus igreſſus fuerit: ſe impetraſſe letetur. Narrat etiā que commoda nobis proueniant ex hoc templo dicens. q̄ hic ſumitur ſacroſanctū corpus chriſti & hauſtū ſui p̄cioſiſſimi ſanguinis. & q̄ ſacroſancti latices veternas abluūt culpas. & complura alia que indicabit littere p̄ſentis diſcurſus. inquit ergo. (O chriſte alme dn̄ator cunctorū).ſ.hominū vel cunctarū rerū dn̄s q2 creator: (genitus ab ore).i.a mente patris eterni) vnde Claudianus in ruffinum. Uox ſummi ſenſuſq; dei quē fudit ab alta mēte pater tātiq; dedit cōſortia regni (tu benignus).i.qui benignus & pius es (cerne).i. inſpice miſericordes oculos tue pietatis ad nos cōuertendo (vota) q; pro & (hymnū).i.laudem cū cantico (ſupplicum).i.humilium ſeruorum fidelium. Claudianus.
¶ Non inficias eo candide lector in hoc hymno & in ſequentibus quaſdā ſyllabas breues pro longis inueniri. quas ſcienter pretermiſimus ne contra vſum eccleſie ageremus. quādoquidē ſacris parcendum eſt. quoſdam etiam ex precedentibus ſine carminis qualitate pretermiſimus: quia ſunt eiuſdem qualitatis cum prepoſitis ſibi coniunctis.

¶ Cerne quo puro deus i honore
Plebs tua ſupplex reſonet in aula
Annua cuius redeunt colenda
Tempore feſta.

¶ Cerne dico o deus.i.tuo nos fauore proſequere (quo) pro vt (plebs tua ſupplex).i. humilis (reſonet) ideſt modulatum canticū reddat vel repreſentet. Vergi. reſonat plangoribus ether.i.repreſentat plā. (in honore puro).i.tibi debito & hoc (in aula tua) ideſt in tēplo tuo (cuius feſta annua).i.q̄ ſingulis ānis ſolēt fieri (redeūt) i. Adueniūt (colēda) i. celebrāda tp̄e.ſ.iſto.i.hodierne feſtiuitatis die. Vergilius.

¶ Hec domus rite tibi dedicata
Noſcitur in qua populus ſacratū

¶ Hec dom⁹.) i.hec ecclīa ſiue tēplū (noſcitur) i.cognoſcit (d̄dicata tibi) i.ↄſecrata (rite i.recte (in q̄ po.) ſ.xp̄ianus (aſſumit corp⁹ tu

um ſacratū) ⁊ bibit (hauſtū).i. poculū (beati ſanguinis tui) hoc.n. pro memoria ſue paſſionis ⁊ animarum remedio fieri precepit dicēs Joan.vj. niſi manducaueritis carnem.⁊c.

Corpus aſſumit: bibit & beati
Sanguinis hauſtum.

Proſequit explicās beneficia (ſacroſancti latices).i. ſacrate aq̄ baptiſmi latex. ois liquor pōt dici latex. ⁊ eſt aqua ſubterranea latens in venis terre. Lucanus.iiij. occultos latices obſtruſaq; flumina querſit. latex etiam dicitur vinum a latendo quia latet in vaſis ſiue in vite. Vergi. laticemq; lieum.⁊c. (diluūt) i. abluunt (hic) ideſt in hoc templo (culpas veternas).i. peccatum vetus originale tractū ex ſemine ade. q;.i. ⁊ (perimunt).i. extingunt (noxas).i. culpas (vt nouum genus chriſticolarū creetur) i. ex aqua baptiſmi regeneretur (chriſmate).i. vnctione (vero) ideſt noue gratie. e. in chriſmate vitioſe corripitur.

Latex.
Lucanus
Vergili⁹.
Chriſma i terp̄tatur vnctio.

Hic ſacro ſcti latices ueternas
Diluūt culpas: perimūtq; noxas:
Chriſmate uero genus ut creetur
Chriſticolarum.

Proſequitur dicens q̄d etiam in hoc tēplo (fertur) hoc eſt dat (medicina) hoc eſt remediū corporis ⁊ anime (feſſis) hoc eſt lāguidis ⁊ infirmis ⁊ in fide xp̄i vacillantib⁹. ⁊ etiam datur (lumē orbatis).i. cecis ⁊ obſtinatis in pctō. ⁊ etiā (fertur venia noſtris offenſis) i. noſtris culpis ⁊ (omnis timor atq; meror pellitur).i. repellitur in hoc templo.

Hic ſalus egris: medicina feſſis
Lumen orbatis ueniaq; noſtris
Fertur offenſis: timor atq; meror
Pellitur omnis.

Bene datur hic ſalus ⁊ medicina feſſis quia etiam (perit hic).i. deficit (ſeua rapina demonum).i. diabolorum. nam aduerſarius noſter diabolus tanq̄ leo rugiens circuit q̄rens quem deuoret (⁊ monſtrum peruicax) ideſt diabolus proteruus obſtinatus ⁊ importunus (pauet hic) ideſt timet (⁊ retentat) ideſt retro fugit (⁊ linquens corpora).ſ. hominum obſeſſorum vel peccatorum quia per confeſſionem que fit in hoc templo expellitur diabolus a corpore ſubdito peccatis (fugit ocius).i. citius (in vmbras) ideſt tenebras (remotas).i. ſeparatas ⁊ infernales.

Demonū ſeua: perit hic rapina
Peruicax mōſtrū pauet & retētat
Corpora linquēs: fugit i remotas
Ocius umbras.

Et quia tot tantaq; beneficia ex hoc tēplo nobis proueniunt (gloria reſonet).i. laudet (parentē ſummum).i. deum patrem omnipotentem. ⁊ (natum) ideſt filium eius q; p ⁊ nos omnes (pariter modulemus).i. canamus (ſpiritum ſanctū) dulci hymno (per omne euum) ideſt per omne ſeculum. Amen.

Gloria ſummū reſonet parētē
Gloria natum: pariterq; ſanctum
Spiritū dulci: modulem⁹ hymno
Omne per euum.

Carmen eſt quale ſuperius in qualitate & materia. Caniturq; in dedicatione eiuſdem eccleſie ad laudes matutinas.

Materia preſentis hymni eſt eadem cum ſuperiori. ſcilicet agere de dedicatione eccleſie ⁊ de laudibus huius preſtantiſſimi templi. ſimiliter diuinum auxilium petere. ibi queſumus ergo deus vt ſereno annuas vultu. inquit igitur (hic locus) ideſt hoc templum preſtantiſſimum (vocitatur nempe).i. certe dicitur (aula) ideſt domus et baſilica (regis immenſi).i. omnipotentis dei. q; pro ⁊ vocitatur dico (porta niuei celi que) ſcilicet porta. ⁊ debet eſſe relatiuum. alias nec verſus nec ſenſus ſtaret. quoniam ſecundus pes ſaphici verſus eſt ſpondeus. (accipit omnes petētes) i. euntes ad patriam vite. hoc eſt ad gloriam. vel petentes. quia teſte Gregorio. peti vult celum. ⁊ rapi noſtris fletibus. vnde eſt illud petite ⁊ accipietis.

Gregori⁹.

Hic locus nēpe uocitat aula
Regis imenſi niueiq; celi
Porta que uite: patriam petentes
Accipit omnes.

Turbo quē null⁹ q̄tit: aut uagātes
Diruūt uēti penetrāt q̄ imbres
Non tetris ledit piceus tenebris:
Tartarus horrens.

Que. ſ. loci eccleſie (null⁹ turbo). i. nulla perturbatio aeris vel immūdi ſp̄us aut hereſis (quatit). i. cōcutit q̄ eſt ſolidata in lapide illo angulari: cuius meminit dauid. pſal. cxviij. eſt eñ ꝓprie turbo vētus vehemēs et volubilis oppoſita deſtruēs. Lucanus auulſit laceros percuſſa pupe rudentes turbo rapax. ⁊ tunc m. ttit genitiuum per. inis. ⁊ etiam quando accipitur pro inſtrumento luſorio quo maxime delectantur pueri. Vergilius in. vij. de amata. Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo. quando vero mittit genitiuum in. onis. eſt proprium nomen gladiatoris celeberrimi. Hora. ij. ſer. corpore maiore ridens turbonis in armis. (aut venti vagantes non diruunt). i. non deſtruunt q̄ pro ⁊ (nec himbres). i. agmina aquarum (penetrant). i. perforant (hymber) per ſecundam declinationem non legi. niſi forte hymbri pro nimbi poſitum fuerit ante hac in hoc textu (non tartarus piceus ⁊ horrens ledit) id eſt infeſtat ⁊ damnat ⁊ hoc ſuis tenebris.

Turbo p inis. ⁊ onis. Lucanus. Vergili⁹.

ℭ Queſum⁹ ergo deus ut ſereno
Annuas uultu famulos gubernes
Qui tui ſummo celebrant amore
Gaudia templi.

Ecce ꝓ populo petit eccleſia auxiliū diuinū dicēs. Queſumus ergo deus (vt annuas). i. cōcedas reſpicias q̄ nos (vultu ſereno) i. nō irato (⁊ gubernes). i. regas. (famulos). i. ſeruos tuos (q̄ celebrāt) amore (ſummo). i. maxima leticia (gaudia tui ſacratiſſimi templi. ¶ Proſequit̄ dicēs (nulla moleſtia). i. nulla dāna ⁊ incōmoda (vite) noſtre preſentis (cruciēt). i. ledāt nos celebrātes gaudia tui templi (⁊ dies). ſ. vite nr̄e (ſint leti) q̄ pro ⁊ (noctes) ſint etiā (placide). i. dulces ſine illuſione aut perturbatione demonū que ſolet fidelibus euenire vt eos a ſuo recto ꝓpoſito euertat ⁊ (null⁹ ex nobis. ſ. gaudia tēpli celebrātib⁹ (ſentiat ignes). i. tormēta vltimi examinis diei iudicij (mūdo pereūte) pro pereūtis mundi. aut ſit abſolute in die quippe iudicij ignis ⁊ tempeſtas valida in conſpectu dei apparebit.

ℭ Nulla nos uite cruciēt moleſta
Sint dies leti placide q̄ noctes:
Nullus ex nobis pereunte mundo
Sentiat ignes.

ℭ Hec dies in qua tibi cōſecratam
Conſpicis aram tribue perēne:
Gaudium nobis uigeat q̄ longo
Temporis uiſu.

Hec dies. ſ. eſt o deus (in qua conſpicis) id eſt vides (aram). i. templū vel altare (conſecratam). i. dedicatam tibi. ſ. in honorem tui nominis vel dico o deus tribue nobis gaudium peremne. i. perpetuum q̄ pro ⁊ dies in qua conſpicis aram conſecratam tibi vigeat. i. duret in ſuo vigore ⁊ potentia. vigere enim permanentiam dicit vt habetur. iiij. Regū ix. c. adhuc fornicationes iezebel matris tue ⁊ veneficia eius multa vigent (longo viſu temporis). i. per longum ſpacium temporis ad gloriam tuam.

Vigere.

ℭ Gloria ſummū reſonet parentē
Gloriam natum. &c.

ℭ Carmē eſt dimetrū iambicū cacometrū. i. male mēſuratū. nam cacos grece malū: & metrū mēſurā ſignificat. Canit̄ in feſto diui gabrielis archāgeli ad horas ueſpertinas eius laudes cōmemorās.

Gabrielem ueneremur
Summi regis nuncium.
Per quē deus delegauit
Suum miniſterium:
Mundo lapſo nunciando
Ieſum dei filium.

In hoc hymno intēdit auctor laudare deū in cōmemoratione archangeli gabrielis cuius laudes deſcribēs ex officio ⁊ legatione: petit per eū nr̄as p̄ces preſentari ante deum dicens. ſ. nos omnes (veneremur). i. laudem⁹ (gabrielem archangelum nuncium ſummi regis). i. dei patris vel xp̄i: quem nūciauit incarnandum propter reparationem generis

Digitized by Google

Nūcius. Laurētiꝰ. Feſtꝰ pō pe. Calepinꝰ humani. Nūcius ⁊ res ipſa que nūciatur eſt ⁊ qui nunciat nūciū aūt non ē ſcdm Laurentiū ⁊ feſtū pompeiū (per quē). ſ. ga. (delegauit). i. miſit. nā legare ſecundū calepinū eſt legationē facere vel mittere (ſuū miniſteriū). i. ſuū ſacrū ſecretū (nūciando). i. manifeſtādo (mūdo lapſo). i. pereunti ieſum dei filium eſſe venturum: ⁊ naſciturum ex ventre virginis marie. Hoc metrum ⁊ illud. ſ. luſtra ſex qui iam peracta. ⁊ pange lingua. ⁊ tibi xpe ſplēdor patris. ⁊ vrbs beata hieruſalem. ſic pretermiſimus quia videbantur. q. ab omni lege carminis ſoluta. nam abundant trocheis in locis imparibus ⁊ in paribus aliquando ſpondeis ⁊ videntur catalectici. tales ſunt hymni ſequentes beate catherine.

Ecce in preſenti parte petit auxiliū diui gabrielis dicens (gabriel virtus diuina) ⁊ bene q: gabriel fortitudo dei interꝑtatur fortis enim fuit cōtra diabolū per virtutem crucis (fortifica debiles). i. nos perōtes vt habeamꝰ fiduciam recuperādi veniā per te ⁊ (ipſe corrobora nos). i. cōfirma (vt vincamꝰ inimicū) i. diabolum aduerſarium noſtrū qui rugiēs tanꝗ leo querit quē deuoret: (⁊ impetra). i. obtine a deo (vt lapſus) ideſt peccata (remittantur). i. condonentur nobis. Et dicitur lapſus de labor laberis (quod idem eſt quod cadere. ⁊ quia in peccatum labimur dicitur lapſus teſte gregorio in homilia dñice quarte aduentus.

Gabriel interpretatꝰ fortitudo dei.

Lapſus. Gregoriꝰ.

Gabriel uirtus diuina
Debilis fortifica:
Vt uincamus inimicum
Ipſe nos corrobora
Vt & lapſus remittantur
Ipſe nobis impetra.

Laudat eum a legatione dicens quod inter ceteros hic ſolus venit ad annūciādū verbū incarnādū. dicit ergo. tu gabriel fuiſti. ſ. (angelus miſſus a deo vt habetur Luce. j. (ad thalamū) i. ad domū virginis marie (et deus elegit te ſolū ſuum ſecretarium). i. repoſitorium ſuorum ſecretoꝝ. ⁊ quia tu fuiſti dei apocryſarius (preſenta noſtras preces) ideſt noſtras orationes ante deum celi.

Angelus in mundum miſſus
Ad marie thalamum:
Te ſolum deus elegit
Suum ſecretarium:
Noſtras preces tu preſenta
Ante celi dominum.

Concluſio eſt ad laudem ⁊ gloriā dei ⁊ gabrielis archangeli (gloria ⁊ honor deo) ſ. ſitꝰ (vſqꝫquo) ideſt ſemper (altiſſimo) ⁊ gloria ſit (vna) ideſt pariter (patriqꝫ pro et filio et paraclito inclito) ideſt ſancto ſpiritui conſolatori (inclito) ideſt magno ⁊ nobili a quo bona cuncta procedunt (qui condonauit tot dona gabrieli angelo). ſ. vt eſſet apocryſarius paranimphus dei. Nota quod hoc nomē paraclitus deſcendit a para ⁊ cleſis. quod a noſtris dicitur aduocatus teſte Peroto in cornucopia: tradunt tamen tunc per. e. ſcribendum eſſe. ſcilicet paracletus. ex eo quod per. i. infamem ſignificare dicunt. tamen vſui frequentiori credendum eſt quoniam per. i. ſcribitur communiter paraclitus a doctoribus totius ſacre pagine.

Paraclytus ⁊ vn. Perotus

Gloria & honor deo
Vſqꝫquo altiſſimo
Vna patri filioqꝫ
Inclito paraclito
Qui tot dona condonauit
Gabrieli angelo.

Carmen eſt dimetrum iambicum ex parte cacometrū. Canitur ad horas ueſpertinas in die ſancti Iſidori archiepiſcopi Hyſpalenſis cuius laudes proſequitur.

In preſenti hymno vniuerſa fidelium cōgregatio incitatur ad leticiā carpendā in ſolēnitate noſtri glorioſiſſimi patroni iſidori cōmemoranſqꝫ auctor eiuſdē laudes circa erradicandā hereſim: declarat eum magna fortitudine ⁊ mira ſcientia floruiſſe. ⁊ maxi-

Congaudeat eccleſia
Et preſulis ſolemnia:
Confeſſoris iſidori
Honore colat celebri.

mo charitatis ardore accenſum in clericorum ⁊ totius populi commodis: tam anime quã corporis inuigilaſſe dicens.(eccleſia).ſ.militans hoc eſt fidelium congregatio (congaudeat).i.ſimul ⁊ ad inuicem letetur cum triumphante ſupernorum ciuium(⁊ colat).i.veneretur.honore celebri.i.frequenti vel magna cum veneratione(ſolemnia).i.feſtum (iſidori pſulis)ideſt archiepiſcopi hiſpalenſis doctoriſq celeberrimi ⁊ confeſſoris excellẽtiſſimi. Cuius vitam a primis incunabulis ad finem vſq videre cupientes:remittimus ad ſacre ſcripture hortos. vbi ſeuerianus pater:⁊ turtura mater:leanderq:⁊ fulgentius epiſcopi fratres eius: cum florentina ſorore veluti gemme coruſcantes apparebunt.cuius etiam mortem ſuis diſcipulis prophetico ſpiritu longe ante predictam apertiſſime dignoſcent.

¶ Qui velut ſolis radius
Demptis pſorſus hereſibus:
Et deuotus martyrio
Dogmate fulſit vario.

¶ Qui.ſ.iſidorus (fulſit).i. ſplẽduit velut i.ſicut(radius ſolis)illuſtrãs totũ orbẽ(here ſibus dẽptis).i.extirpatis ⁊ a radice euulſis ⁊ etiã(deuotus).i.deuote attẽtus (martyrio) i.ad ſuſtinẽdũ martyriũ pro chriſto ſi interea occurreret(fulſit dogmate vario).i.multiplici doctrina ad omnium vtilitatem. dogmata vt ciceroni. Senece.et apuleio placet.ſcita decreta placita atq conſulta interpretãtur. Marcialis papilium notauit ſic ab eo querens. Tu qui ſectorum vires et pondera noſti. Dic mihi precide papili dogma quid eſt. Dogma. Marcial.

¶ Hiſpaniarum populis
Diuine legis regulis:
Et romanorum moribus
Inuigilabat ſedulus.

¶ Recenſet vitam ⁊ induſtriam Iſidori in pontificatu dicens.qd etiam ſanct⁹ iſidorus(ſedulus).i.diligens(inuigilabat).i.inſudabat(populis).i.in populis(hiſpaniarum) ſcz inſtruendis regulis diuine legis ⁊ etiã(in moribus)romanorum.ſ.componẽdis vel inſtruendis(regulis etiam diuine legis.

¶ In clericorum commodis
Et pauperum ſubſidiis:
Legum lator clariſſimus
Hic inherebat arctius.

¶ Hic.ſ.ſctũs iſidorus(clariſſimus legum lator).i.ſanctarũ legũ dator(inherebat).i.inſiſtebat(arctius).i.impẽſius ⁊ totaliter(incõmodis) ideſt in vtilitate (clericorum) eis in neceſſitatibus ſuccurrendo ⁊ honoribus extollendo ⁊(in ſubſidiis).i.in auxiliis pauperum.diuidebat.n.ſubſtãtiã ſuam trifariã.ſ.partim eccleſie parti paupib⁹. reliquũ vo ſibi.

¶ Laus honor virtus gloria:
Deo patri & filio:
Sancto ſimul paraclito
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Et quia deus contulit tantam gratiã beato iſidoro:vt ſic viueret: ⁊ nobis bene viuendi normam relinqueret(laus honor virtus gloria)ſcilicet ſit deo patri et filio ⁊ ſimul i.pariter(ſancto ſimul paraclito)ideſt conſolatori in ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas matutinas in eadem feſtiuitate ſancti iſidori: cuius auxilium implorat.

MAgne doctor iſidore
Nos de hoc diro carcere
Fac poli reddi ſolio
Placato dei filio.

¶ Quia de laudibus ſancti iſidori in precedenti hymno dictũ eſt:nunc conſequenter in preſenti:diuinũ auxiliũ per eius interceſſionẽ petit fideliũ caterua. deum ſuppliciter laudando: vt dignetur ſuorum ſeruorum vota ſuſcipere dicens.(o magne doctor iſidore fac).i.tuis precibus obtine (nos pctõres reddi)ideſt redduci(ſolio poli).ſ.ſedibus patrie celeſtis a qua teſte gregorio per delectamenta deceſſimus.⁊ p lamẽta penitẽtie illuc redire tenemur.⁊ eſt soliũ ſella regalis: quod greci thronũ appellant.⁊ dicitur a ſoliditate.vel per antiſtichon quaſi ſedium a ſedendo vel ſe Gregori⁹. Solium.

Sella. Subſeddia. Aſconi⁹.

la.q.ſeda.⁊ ſubſellia quaſi ſubſeddia.de quibus aſconius ⁊ pedianus li.ſ.verrinarū multa de hoc diro carcere)ideſt de hoc mundo vel de hoc corpore:in quo veluti in carcere vinclis ita anima noſtra tribus inimicis eſt irretita ſcilicet mundo.demone.carne.⁊ hoc debet fieri(placato dei filio).ſ.per tuam interceſſionem.

Pedian⁹ Inclytus Ouas ouat.

Et dico ꝙ facias nos reddi ſolio poli.ſ. quia (o confeſſor indite)ideſt glorioſe et preclare.inclytus.grecum eſt ab en grece qđ eſt in.⁊ cletos.clarus. Geñ.xxxi.de iacob dr̄.⁊ de illius facultate ditatus.factus eſt inclit⁹(choro eccleſie ouans).ſ.letus valde.ab ouas.at

> ℭ Ieſu chriſte rex glorioſe
> Vota ſeruorum ſuſcipe:
> Huius doctoris precibus
> Nobis faue propitius.

verbo deficiente in prima perſona.qua plura carebant ſecundum probum grammaticum vt ſunt furis.it.faris.tur.rorās.at.que nunc in eadem proferuntur.furio.is.roro.as.⁊c. (et caterua fidelium collaudat per te)ideſt habendo te interceſſorem(chriſtum dominum.

O ieſu chriſte quia tuam iuſtitiam timemus noſmetipſos reos accuſantes: ad auxiliū tuum per ſanctoꝝ iterceſſionē currim⁹. ⁊ ideo(o ieſu xp̄e rex glorie ſuſcipe vota ſeruorum)⁊ tu propitius.i.pius (faue).i.faueas hoc eſt ſucurras nobis(p̄cibus).i. per preces vel propter interceſſionem (huius doctoris) ideſt iſidori cuius feſta celebramus.⁊ nota quod propitius poterit eſſe aduerbium ⁊ melius propicius.ideſt pie ⁊ benigne(quia teſte priſciano)nomina comparatiua in neutra terminatione efficiuntur aduerbia.

> ℭ Ieſu chriſte rex glorie
> Vota ſeruorum ſuſcipe:
> Huius doctoris precibus
> Nobis faue propitius.

Priſcianus.

Declarat modo quō poterit nobis fauere ꝓpitius.aut qđ poſt fauorē preſtabit dicens.(Da nobis veniā peccatoꝝ). i. remitte nobis pctā nr̄a(⁊ p̄ſta).i.cōcede nobis (gloriā ſanctoꝝ).ſ. vt ſctis tuis in celo ſociemur vt fruamur gaudiis celi)ideſt letemur eterna gloria.⁊ hoc(meritis tanti patris).ideſt tam glorioſi patris iſidori. frui enim eſt potiri aliqua re propter ſe ipſam teſte valla.

> ℭ Da peccatorum ueniam
> Preſta ſanctorum gloriam:
> Vt tanti patris meritis
> Celi fruamur gaudiis.

Fruor. Valla.

> ℭ Laus honor.&c.utſupra.

ℭ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas ueſpertinas in feſto corone domini. Commemorat beneficia que ex paſſione atq; reſurrectione chriſti accepimus.

> Lauda fidelis concio
> Spine tropheum inclitū:
> Per quam perit perditio
> Viteq; datur meritum.

Materia preſentis atq; ſequētis hymni cōſimilis eſt.ſ.agere de xp̄i paſſione: circa ſpinas quibus glorioſiſſimū eius caput vndiq; pforatū fuit.oſtendit aūt quod ꝓpter delicta noſtra mortuus eſt. ⁊ qđ dolores nr̄os ipſe portauit.vt eſaias ait. declarat etiā qđ ob id gaudere debemus ſummopere.quia eius paſſione redēpti ſumus dicēs.plaudat turba fidelium quod per ſpine ludibrium purgat creator omnium ſpineti noſtri vitiū. ſignat etiam beneficia que ex eius coronatione ſeu paſſione ſuſcepimus Inquit ergo (o fidelis cōcio).i.cōgregatio fideliū chriſtianorum. Concio idem eſt quod contentio. ⁊ populi multitudo.aut eccleſia.idem etiam quod alloqui populum ⁊ conuentū facere. ſumitur etiā pro loco in quo cōcionat̄ aliquis.vt habet̄ Deut.x.⁊ Nu.v.(lauda tropheū inclitum).i. victoriā nobilē(ſpine)ideſt ſpinarū quibus chriſtus perforatus eſt caput glorioſum. tropheum ſunt aūt Trophea hoſtiū ſpolia in arborū trūcis aut ſaxis affixa in victorie ſignū Lucan⁹. Cūq; ſuperba foret babilon ſpolianda tropheis.bene ergo laudabimus chriſti tropheū: quandoquidē tartarū ſpoliauit(ꝑ quā).ſ.ſpinā(ꝑditio)ſ.nr̄a(perit)perditi enim eramus ante xp̄i paſſionē(q;)pro et(meritū vite).ſ.eterne(datur).ſ.nobis vt per eam viuamus.

Concio. Trophea. Lucanus.

Digitized by Google

¶ Per te confeſſor inclyte
Ouans chorus eccleſie.
Et caterua fidelium
Collaudat xp̄m dominum.

¶ Filius eterni p̄ris.i.ieſus xp̄s filius dei (liberat nos a p̄ſcturis).i.a cicatricib⁹ ſpinarū.vel tormētoꝝ inferni(dū tolleret).i.ſuſtinet ipe(p̄figi).i.ꝑcuti(ſpinis)exiſtēs.ſ. neſci⁹ i.inocēs culpe ſpinaꝝ.q̄ nō ꝓpter ſua ſꝫ ꝓpt ꝑpli delicta attritus ⁊ cū iniquis deputat⁹ ē. vt affirmat eſaias ꝓpheta.

¶ Cum ſpinarum aculeum
Chriſtus ꝓ nobis pertulit:
Per diadema ſpineum
Vite coronam contulit.

¶ Explicat bn̄ficia q̄ ꝯtulit nobis dn̄s in ſua corona doloroſa.dicēs(cū xp̄s ꝑtulit).i. ꝓ nob paſſus eſt(aculeū).i.vuln⁹ tormentuꝫ ſpinaꝝ. Aculeus ſtimul⁹ eſt ſiue gen⁹ tormēti pungens veluti acus a quo deriuat.ſumit etiam ꝓ cura ſiue anxietate(ꝯtulit).i. donauit nobis gratis(coronam vite ꝑ diadema ſpineum).i.ꝑ coronam illā ſpinis ꝯtextā. ⁊ ſiue dicitur diadematam ꝑ primam quam ꝑ tertiam.teſte Priſciano.eſt diadema autem ornamentum capitis ex auro ⁊ gemis contextum maxime mulierum.vt Iſidorus li.xix.ca.xxx. ꝺ. Iuuenalis. Ille crucem precium ſceleris tulit hic diadema.

Aculeus. Diadema priſcian⁹. Iſidorus. Iuuenal.

¶ Plaudat turba fidelium
Quod per ſpine ludibrium:
Purgat creator omnium
Spineti noſtri uitium.

¶ Plaudat ergo.i.gaudeat turba fideliū ꝓpter tantū beneficium qđ.i.q: creator omnium purgat.i.emundat (vitiuꝫ nr̄i ſpineti) ideſt noſtrorum peccatorum culpam. ſpinetum autem a ſpina dictum eſt ſpine vo ſentes ſunt.ſpina etiam pro iunctura dorſi accipitur(per ludibriū ſpine)ideſt per deriſioneꝫ factam per ſpineam coronam. Nam iudei plectentes ſpineam coronam: illudebant ei dicentes.aue rex iudeorum propheti za nobis ⁊c̄.

Spinetuꝫ. Spina.

¶ Queſumus auctor omnium
In hoc paſchali gaudio:
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

¶ Et q: p̄ſens ſolemnitatis canitur ī tp̄e paſchalis reſurrectiōis:addit hoc vſus ſic. Et quia tu liberaſti nos a morte (o auctor oim̄ q̄s).i.rogamus te (in hoc gaudio paſchali).i.in tua reſurrectiōe(defende pplꝫ tuū ab om̄i impetu).i.ab om̄i ꝑiculo mortis vl̄ a pc̄to.ne denuo in mortē incidam⁹.

¶ Laus xp̄o regi glorie
Pro corone uirtutibus:
Qua nos reformans gratie
Coronat in celeſtibus.

¶ Cōcluſio ē toti⁹ hymni ad laudē ⁊ glīā oīpotētis dei(laus ergo ſit xp̄o regi glīe ꝓ vitutib⁹ corone q̄).ſ. corda(reformās).i.renouās nos gr̄e ſue.i.ad gr̄aꝫ ſuā ꝓmerēdā(coronat in celeſtib⁹).i.dat nob̄ coronā i glīa ſctōrum vbi regnat ꝑ infinita ſclo ꝝ ſcl̄a. Amen.

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas matutinas in feſto corone Domini:cui⁹ beneficia commemorat & fideles incitat ad pſoluenda xp̄o cantica letitie.

Eterno regi glorie
Deuota laudum cantica:
Fideles ſoluant hodie
Pro corona dominica.

¶ Diximus quod materia preſentis hymni eſt agere gratias deo:pro beneficiis nob collatis in ſua coronatiōe.ad quod inuitat nos hymnus dicens.(fideles ſoluant hodie)ideſt perſoluant ⁊ reddant in hodierne feſtiuitatis die(cantica deuota)ideſt hymnos deuote modulatos(regi eterno glorie) ideſt chriſto perpetuo regi celeſtis glorie(pro corona dominica)ideſt pro eiuſdem domini corona glorioſa ſpinarum.

Corona ꝯtumelie.i.iniurie ⁊ vilipēdiū.
Cōtume. nā ꝯtumelia eſt iniuria ⁊ graue ꝯuitiū in cō
Terētius. tēptū pſone. Terēti⁹ nā ſi ego hac ꝯtumelia digna ſuꝫ ⁊c̄.pꝫ ēt qđ ,ppter iniuriā corona uerſū eū dicētes:aue rex iudeoꝝ ⁊c̄. (coronāt regē oīm).ſ.regū ⁊ reꝝ oīm dn̄m (cui⁹ opprobrium).i.cuius crimen ⁊ maledictum oblatum donat nobis coronam glorie.

ℭ Coronat regem omnium
Corona contumelie:
Cuius nobis opprobrium
Coronam confert glorie.

Corona plectiꝶ.i.impmiꝶ ⁊ applicatur xp̄o ⁊ hoc de aculeis ſpinaꝝ.i.de ſpinis et ſtimulis ſeu ilicis marinis.q̄.ſ.corona (ptās mūdi).i.facultas nocēdi ſup terrā (tolliꝶ).i.eripitur (miniſtris).i.a miniſtris (tartareis).i.infernalib⁹ rugiētib⁹ ad deuorādū fideles.

ℭ De ſpinarum aculeis
Chriſto corona plectitur:
Qua miniſtris tartareis
Mūdi poteſtas tollitur.

Recte demonib⁹ tolliꝶ ptās nocendi in mūdo.q:(corona capitis xp̄i pfuſa).i.ſperſa (ſanguine ſuo ſacro purgat).i.emūdat (reos) ideſt pctōres (a crimine).i.a pctīs ſuis. ⁊ hoc (penis debitis).i.q̄s pro pctīs debebāt) ſolutis.i.ꝯdonatis ⁊ remiſſis ꝑ xp̄i paſſiōe q̄ pctā q̄ nō detulit nos abluēdo ſuſtulit.

ℭ Corona chriſti capitis
Sacro perfuſa ſanguine
Penis ſolutis debitis
Reos purgat a crimine.

Q. m̄s auctor. & laus xp̄o utſupra.

ℭ Carmen eſt ſaphicū mixtū adonico. Canitur in feſto natalitio ſancti ioannis baptiſte. Cuius generationē:educationem:laudeſq; ,pſequitur atq; auxilium implorat.

¶ Hymn⁹ iſte vitā ⁊ mores habitū ⁊ ꝯuerſationē ſcti ioānis baptiſte deſcribit orās ⁊ perſuadēs vt ei⁹ ꝯſuetudinē imitemur:vt ad ei⁹ btitudinē puenire mereamur (o ſcte ioannes ſolue).i.relaxa (reatū labij).i.oris (polluti).i.inqnati (vt famuli tui q̄ āt).i.poſſint (reſonare mira).i.miracla (geſtoꝝ tuoꝝ).i.factoꝝ (fibris).i.venis (laxis).i.reſolutis vl̄ vocib⁹ aptis

VT queant laxis reſonare
fibris.
Mira geſtoꝝ famlī tuoꝝ
Solue polluti labii reatum
Sancte ioannes.

Nūci⁹ celſo ē veniens olīpo.i.de celo.ſ. āgel⁹ gabriel veniēs olīpo (,pmit).i.nunciat (te fore magnū naſcituꝝ pr̄i tuo zacharie) nomē tuū ſilr ,pmit:q: dixit ioānes vocaꝶ et (,pmit ſeriē).i.ordinē vite gerēde dicēs) vinū ⁊ ſicerā nō bibet (ordie).i.ſꝫ ordinē quē geſſit

ℭ Nuncius celſo ueniens olimpo
Te patri magnum fore naſciturū:
Nomen & uite ſeriem gerende
Ordine promit.

Ille.ſ.zacharias (dubi⁹).i.icredul⁹ (,pmiſſi ſupni) i.celeſtis ,pmiſſiōis (pdidit prōpte modulos loq̄le).i.modū locutionis.
Ambroſi. Ambroſi⁹ dicit q̄ zacharias vocē amiſerat in cōſonātib⁹:q: eas formare nō poterat ſꝫ tu reformaſti (o ſcte ioānes genit⁹).i.nat⁹ (organa vocis pempte).i.extincte vocis.

ℭ Ille promiſſi dubius ſuperni
Perdidit prompte modulos loq̄le:
Sed reformaſti genitus perempte
Organa uocis.

Et tu poſit⁹.i.recūbēs (cubili).i.ventre mr̄is tue (obſtruſo) clauſo (ſenſeras regē).i. xp̄m (manētē).i.iacentē (thalamo).i. ventre marie (hinc) i.hoc q̄ tu nouiſti xp̄ꝫ o ioānes (parēs vterq;).ſ.zacharias ⁊ eliſabeth (pandit abdita).i.,pphetauerūt abſcōdita. Pr̄ dixit. Bn̄ſ dn̄s de⁹ iſrl̄. ⁊ hoc nō ſuis meritis.ſed (meritis).i.,ppter merita (nati).i.filij.ſ.ioannis.mater aūt dixit. Unde cucuit mihi q̄ mater dn̄i mei veniat ad me.

ℭ Ventris obſtruſo poſitus cubili
Senſeras regem thalamo manentē
Hinc parens nati meritis uterq;
Abdita pandit.

¶ Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turmas fugiens petiſti:
Ne leui ſaltem maculare uitam
Famine poſſes.

O ſcſe ioannes (tu fugiens turmas). i. turbas (ciuiū petiſti antra).i. obſcurā ſpeluncā (deſerti ſub teneris annis).i. in etate duodecim annoꝝ (ne poſſes maculare vitā) ſanctam (famine).i. ꝟbo ocioſo ocioſum eſt verbum qđ aut vtilitatis rectitudine aut iuſte rationis neceſſitate caret (famine dico saltē leui).i. ſine bono fructu.

Ocioſum ꝟbum qđ ſcđm gregorium.

¶ Prebuit hirtum tegimē camel?
Artubus ſacris ſtrophiū bidentes:
Cui latex hauſtum ſociata paſtum
Mella locuſtis.

Camelus ꝓbuit hyrtū tegimē.i. aſperū veſtimentū (ſacris artub⁹ bidentes) i. oues ꝓbuerunt (ſtrophiū).i. cingulū (cui).i. ioāni (latex).i. aqua ꝓbuit (hauſtū) ⁊ cui mella ꝓbuerunt paſtū mella dico (ſociata locuſtis).i. volatilibus.

¶ Ceteri tantum cecinere uatum
Corde preſago iubar affuturum:
Tu quidem mundi ſcelus auferētē
Indice prodis.

Ceteri vatū.i. aliȷ̄ ꝓphete (cecinere) ꝓphetauerunt (tantum). i. tantūmodo (corde preſago).i. prouido (iubar affuturū).i. xp̄m ventarum ſed tu diſcretus es ab aliȷ̄s ꝓphetis dicens. Ecce agnus dei ⁊c. (prodis). i. oſtēdis xp̄m.ſ. (auferentē ſcelus mūdi).i. pcīm (indice).i. cū digito dicēs. Ecce agnus dei.

¶ Non fuit uaſti ſpacium p orbis
Sanctior quiſq̄ genitus ioanne:
Qui nephas ſecli meruit lauātem
Tingere limphis.

Quiſq̄ homo genitus nō fuit ſanctior ioanne per ſpacium (vaſti orbis) ideſt ampli mundi. Unde veritas ait. Inter natos mulierum ⁊c. ſcilicet corruptarū mulierū. Quidam opponunt de chriſto ſed non valent: qꝛ de virgine natus eſt qui ioannes (meruit tingere) ideſt baptizare (limphis) ideſt aquis iordanis (lauantem) ideſt chriſtum purgantem nephas) ideſt peccatum (secli) ideſt ſeculi. et eſt ibi ſincopa.

¶ Nimis felix meritiq̄ celſi
Neſciens labem niuei pudoris.
Prepotēs martyr heremiq̄ cultor
Maxime uatum.

Et quoniam meruiſti chriſtum tingere limphis. tu dico (nimis felix celſi meriti neſciens) ideſt ignorans (labem) ideſt ſordem (niuei pudoris) ideſt pulchre caſtitatis (martyr) ideſt teſtis prepotens dixiſti. Ecce agnus dei. ⁊c. vel (martyr) ideſt decollatus (⁊ cultor) ideſt habitor (heremi) ideſt loci ſolitariȷ̄. tu dico (maxime vatum) quia propheta ⁊ pluſq̄ propheta.

¶ Serta terdenis alios coronant
Aucta cremētis duplicata quoſdā:
Trina centeno cumulata fructu
Te ſacer ornant.

Tres ordines hic notantur ſcilicet triceſimus. ſexageſimus. centeſimus: in quibus continentur omnium hominum ordines ſcilicet continentes coniugati ⁊ virgines. qui ⁊ deſignantur per tres viros ſcilicet per Noe: per Danielem. per Job: per Noe coniugati. ⁊ per Job continentes. per Danielem ꝟgines deſignantur. Unde in euangelio. Aliȷ̄ ſunt in lecto. aliȷ̄ in villa. aliȷ̄ in agro. Hoc tractū eſt de euangelio vbi dicitur de ſemine iacto in terram. Aliud ſexageſimum. aliud triceſimum aliud centeſimum fructum attulit. ideo dicitur hic ſerta terdenis. (Serta) ideſt corone (terdenis) ideſt triginta (coronant alios) ſcilicet coniugatos qui habent ſecum fidem trinitatis ⁊ adherent decem preceptis legis. ⁊ alia ſerta (aucta).i. augmentata (⁊ duplicata cremētis) i. ad duplum creſcentia. ſ. in ſexageſimum fructum (coronant quoſdam).i. ꝯtinentes q̄ vixerunt in charitate ⁊ hn̄t ſex opa miſericordie ⁊ caſtitatis vel charitatis vt paſcere ieiunos veſtire nudos ⁊c. (Et trina).i. tria (ſerta comulata) ideſt aggregata ex ter triginta (aucta) ꝑ additionem denariȷ̄. ſ. ꝑ decē (coronāt te o ſcſe ioannes) qui es virgo (centeno fructu)

Tres ordines.

Tres hol ſtatus.

q꞉ centeſim⁹ fruct⁹ coronat.i.ornat virgines. Et vt breui⁹ exponamus. a triceſimo fructu vł ordine ꝯiugati: a ſexageſimo ꝯtinentes. a centeſimo virgines poſt diſſolutionem corpis et anime coronantur in eterna beatitudine. Et nota ꝙ triceſimus numerus ſurgit a ternario ꝛ denario. q꞉ ꝯiugati hñt fidem ſancte trinitatis ꝛ adherent decem ꝓceptis legis. Sexageſimus numerus a ſenario ꝛ denario ſurgit q꞉ ꝯtinentes habent ſex opera miſericordie ꝛ charitatis.ſ. paſcere ieiunos ꝛc̄. Uirgines in centeſimo ordine ponuntur ꝛ ſignificant ꝑfectionem q꞉ centenarius numerus ſurgit a trino triceſimo: ꝛ denario.i. decem ſupaddito. et ita ſunt centum. ꝑ centum numerus ꝑfectus intelligitur. in hoc ordine fuit beatus ioannes nõ abſurde immo apte ſcdm loq̄lam digitorum. Per triceſimum numerum coniugatorum. ꝛ ꝑ ſexageſimum ꝯtinentium. ꝑ centeſimum v̓ginum merces accipitur. Periti eñ prima computatione articuloꝝ quam appellant loq̄lam digitoꝝ in ſiniſtra manu ꝑ quam vita temporalis intelligitur vſqꝫ in nonaginta nouem ſolebant computare. Centum autem et deinde in dextera parte ꝑ quam celeſtis vita deſignatur. Unde q̄.iam de centenario habemus in Iuuenale ſat.x. Iam dextera computat annos [illegible] facit aucto numerū ſuum ꝑ quoſqꝫ digitos manus.ſ. ꝑ policem ꝑ indicem ꝑ medium medicum ꝛ auricularē: auricularis in palma poſitus ſignificat vnitatem medicus cum ipſo poſitus duo ſignificat. medius cum ipſis poſitus.ſ. in medio tria. deinde. Auricularis erectus medio ꝛ medico iacentibus quattuor ſignificat. medicus cum illo erectus medio iacente in palma quinqꝫ deſignat medius cum illis erectus ſex ſignificat. Item auricularis in palma extenſus ſeptem ſignificat medicus eodem modo poſitus.ſ. in palma octo ſignificat. medius ſimili modo poſitus nouem ſignificat. Index qui vſqꝫ huc nil fecit predicto modo poſitus.x. ſignificat amplexu pollicis adiunctus.xxx. ſignificat. Per quem numerum ſatis ꝯgrue accipit̃ merces coniugatorum ꝓpter illorum mollem amplexum ꝛ vite dilectionem ꝛ concordiã. Pollex ſiquidem cum indice ſimiliter aſtrictus ſexaginta ſignificat. Per quem numerum ſatis competenter accipitur merces continentium. Graue eñ eſt ab amplexu ꝛ voluptuoſa delectatione ꝛ conſuetudine abſtinere. vnde ſcriptum eſt. Nil conſuetudine maius. In dextera dicitur.c. per quem numerum quia ſit in dextera parte: vita celeſtis intelligit̃. Non immerito accipitur merces virginum quia in hac vita mundam ꝛ immaculatam vitã ducentes: celeſtem ꝛ angelicam inquantum poſſunt ducunt.

Nota gloſam.

Iuuenaliſ.

Nota qn-qꝫ digitoꝝ man⁹ ꝛ nota gloſa 3.

Hinc idest poſt hoc o ſancte ioãnes (potens repelle) ideſt remoue (duros lapides).i. incredulitates (noſtri pectoris meritis opimis) ideſt fertilibus ꝛ magnis ꝛ fecundis planans iter aſperum ideſt patroſum (dirige calles reflexos) ideſt curuos in peccatis et tortuoſos.

Hinc potẽs nr̃i meritis opimis.
Pectoris duros lapides repelle:
Aſperum planans iter & reflexos
Dirige calles.

Ut pius ſator ꝛ dr̃ a ſero.is. ideſt creator (mundi ꝛ redemptor mentibus puris pulſa leuione) ideſt liuore abiecta ꝛ venenoſa ſorde vitiorū (veniens dignetur ponere greſſus ſacratos) ideſt ſancta itinera (rite) ideſt recte vel ordinate.

Vt pius mundi ſator & redemptor
Mentibus pulſa leuione puris:
Rite dignetur ueniens ſacratos
Ponere greſſus.

Supni ciues.i. celeſtes angeli celebrãte laudib⁹ (o deus ſimplex) ſcilicet in ſubſtantia (ꝛ trine) ſcilicet in ꝑſonis (pariter nos ſupplices) ideſt humiles (precamur veniã) ideſt indulgentiam (parce redẽptis) ideſt dimitte nobis redemptis peccata noſtra quia redemiſti nos ſanguine tuo ꝓprio.

Laudibus ciues celebrãt ſuperni
Te deus ſimplex paritérqꝫ trine:
Supplices & nos ueniã precamur
Parce redemptis. Amen.

¶ Carmen eſt trimetrum iambicum cacometrũ Canitur in feſtis apoſtolorum Petri & Pauli: proſequitur ipſorum laudes.

Digitized by Google

¶ Hic laudat auctor deum in commemoratione Petri ⁊ Pauli q̄ deputauit illos eſſe prī‑cipes eccleſie ⁊ poteſtatem dedit illis ligandi atq̧ ſoluendi vincula peccatoꝝ: vnde roga‑mus eos vt reddāt nos deuotos fide: ⁊ ſpe robuſtos ⁊ repletos fonte gemine charitatis, impetrato ab eis viuere poſt mortem

FElix per omnes feſtū mundi cardines
Apoſtolorum præpollet alacriter.
Petri beati pauli ſacratiſſimi
Quos xp̄s almo conſecrauit ſanguine
Eccleſiarum deputauit principes.

(apoſtolorum feſtum felix).i. beatum vel lectum ꝑpollet (alacriter).i. iocoſe pre aliis ſplendet (per omnes cardines).i. per omnes partes mundi (apoſtolorum dico) ſcʒ beati Petri ⁊ Pauli ſacratiſſimi quos apl̄os (xp̄s) cōſecrauit almo ſanguine ⁊ (deputauit).i. ꝯſtituit eos eſſe principes eccleſiaꝝ.

ℭ Hi ſunt oliue due coram dn̄o
Et candelabra luce radiantia
Preclara cœli duo luminaria
Fortia ſoluunt peccatorū uincula
Portas o!impi reſerant fidelibus.

Hic ſunt due oliue) ⁊ due arbores fructuoſe ⁊ redolētes ⁊ ſunt cādelabra luce radiantia corā dn̄o ſcʒ cū lumine vtutū: q: dn̄s nō poſuit eos ſub modio abſcōditos: ſed ſup cādelabra.i. in maiore claritate ſiue charitate ſcʒ romana ciuitate (⁊ duo ꝑclara luminaria celi ⁊ ſoluūt).i. rūpūt fortia vincl'a petōꝝ (⁊ reſerāt iſti duo).i. apiūt (portas olimpi).i. celi (fidelib⁹).i. xp̄ianis.

ℭ Habent ſupnas ptātē claudere
Sermone ſedes pandere ſplēdentia
Limina poli ſuper alta ſydera
Lingue eorū claues cœli facte ſunt
Laruas repellūt ultra mūdi limites

Et ipſi ſcʒ Petr⁹ ⁊ Paul⁹ (hn̄t ptātem claudere ſupnas ſedes).i. celeſtes. hn̄t ptātē claudere (ſmōe).i. ſolo vbo. ſicut clauſit ananie ⁊ ſephire cū dixit petr⁹ pecunia tua tecū ſit.i. pc̄a tecum ſint in ꝑditionem (⁊ pandere).i. apire ſplendentia limina poli ligue eoꝝ claues facte ſunt (ſup alta ſydera).i. ſup oēs doctores eccleſiaꝝ (⁊ repellunt laruas).i. culturas idolatrie. Larua quoddam monſtrum eſt ⁊ in vultu hominis eſt vt pauorē inferat ꝑ quaſdam phantaſias nocturnas: intelligimus pc̄a q̄ apl̄i repellunt ab eis q̄ eos ſequūt (vltra limites mundi).i. extra eccleſiam. Nota ꝙ aliud eſt latria ⁊ idolatria: quia latria eſt ſumme venerationis cultus ſoli deo adhibendus: vel latria eſt voluntaria ꝓfeſſio diuine maieſtatis. Idolatria vo eſt cultus deo debitus creature exhibitus. Et hec differentia ſolet aſſignari inter latria idolatria dulia ⁊ iperdulia. de latria ⁊ idolatria q̄d ſit dictū eſt. Dulia vero eſt honor q̄ debet̄ ſctis. Unde de btā vgine ſciendū ꝙ in q̄tum ſit ꝑſona ſc̄a ei debet̄ dulia: ſed in q̄tum eſt mater dei debet̄ ei ipdulia.i. magna excellentia q: iperdulia debetur excellenti ſicut eſt caro xp̄i. beata vgo crux xp̄i. q: fuit inſtrumentum nr̄e redemptionis. ⁊ ꝯcordat cum dicentibus ꝙ eſt dulia maior ⁊ minor de latria ⁊ dulia ⁊ differentiis habet̄. c. venerabiles imagines. de conſe. diſtin. iij. in gloſa ibi poſita.

Larua.

De latria ⁊ idolatria.

Dulia ⁊ yperdulia.

ℭ Btūs petrus cathenarū laqueos
Xp̄o iubente rupit mirabiliter:
Cuſtos ouilis & doctor eccleſie
Paſtor & gregis conſeruator ouiū
Arcens luporū truculētam rabiē.

Beatus Petrus rupit laqueos cathenarum) quia ceciderunt cathene de manibus eius per angelum nunciantem (mirabiliter) ideſt fortiter (chriſto iubente) ⁊ ipſe (cuſtos ouilis ⁊ doctor) fidelis eccleſie (et paſtor gregis) chriſtiani ⁊ (conſeruator ouium).i. fidelium (arcens) ideſt repellens (truculentam rabiem) ideſt crudelem (rabiem) ideſt ſeuitiam (luporum) ideſt demonum vel hereticorum.

Actuū. xij.

ℭ Quodcunq̧ uinclis ſuper terrā ſtrinxerit
Erit in aſtris religatum fortiter:
Et qd' reſoluerit in terris arbitrio

Quodcunq̧ vinclis) ideſt ſententiis ſtrixerit ideſt ligauerit ⁊ conſtringet (erit ligatum aſtris) ideſt celis (⁊ quod reſoluerit

in terris arbitrio) i. iudicio ſuo (erit ſolutum ſuper radium ſolis) vel celi. ⁊ erit iudex ſeculi in fine mundi.

¶ Petrus erat talis qualis ſupius oſtendit ſed paulus (nō impar huic). ſ. Petro equalis (doctor gētiū ⁊ ſacratiſſimū tēplū). i. vas electiōis (⁊ in morte) i. in paſſiōe (cōpar). i. equalis huic ⁊ in corona particeps cōcors (ambo illi lucerne ſunt ⁊ decus). i. honor (ecclie coruſcant claro vibramine). i. magno ſplēdore (in orbe). i. mundo.

¶ O roma felix). i. beata es (q̄ purpurata) i. decorata p̄cioſo ſanguine hoꝝ qui paſſi ſunt (tantoꝝ pncipū). i. tam magnoꝝ. ſ. petri ⁊ pauli (excellis). i. ſupas (oēm pulchritudinē mūdi) nō tua laude (ſed meritis ſanctoꝝ). i. ꝓpter ſanctos (quos iugulaſti). i. interfeciſti (gladijs cruētatis). i. ſanguinolentis. q̄ in te occiſi ſunt.

¶ Et q̄ habetis poteſtatē ligādi atq̄ ſoluendi. ergo o martyres glorioſi. ſ. (petre ⁊ paule liliū). i. ornamentū vel flos (mundi milites celeſtis aule triūphales). i. victorioſi (munite) ideſt defendite nos ab oībus malis vr̄is almis p̄cibus (⁊ ferte nos ſup ethera). i. vſq̄ ad ethereum celum.

¶ Gloria ſit deo p immēſa ſcl'a). i. p immutabilia ſcl'a (⁊ o tu nate). i. o fili dei viui (decus ⁊ imperium) q̄. imperas celo ⁊ terre ⁊ mari ſit tibi honor ⁊ poteſtas ⁊ ſpūi ſcō (indiuidua). i. inſeparabilis (ſalus ſit trinitati) q̄ trinitas vnus deus eſt ſalus oīm gentiū p infinita ſeculoꝝ ſecula. Amen.

O Lux lucis). i. filius pr̄is (pfudiſti oīe ſcl'm). i. repleſti (aurea luce). i. predicatione apl'oꝝ. lumina aurea dicti ſunt apl'i ſapientie ꝓferentia ſplēdorē ⁊ bonitatis ⁊ bōe vite q̄bus nos illuminānt (⁊ decore roſeo) i. rubeo martyrio tu dico decorās celos. i. celeſtes creaturas (inclyto mr̄yrio). i. nobili paſſione (hac ſacra die). ſ. i. hac ſacra feſtiuitate (q̄) dies (dat veniā). i. idulgētiā (reis). i. pctōrib⁹.

¶ Ianitor celi). i. petrus oſtiarius (doctor orbis) i. p̄dicator mūdi ſ. paulus (pariter) i. ſimul ſunt (iudices ſecli) ⁊ ſunt (vera) mūdi lumīa. alter. i. petrus (triūphās). i. vicēs (p crucē) alter alius. ſ. paulus triūphās enſe (laureati). i. coronati (poſſidēt ſenatū) i. pncipatū vite eterne.

¶ Apoſtrophā facit ad petrū ſic dicēs (o petre bōe paſtor clemēs accipe iā vota p̄cātū) i. p̄ces (⁊ reſolue vīcl'a pc̄ti ptāte tibi tradita) a xp̄o (q̄ ptāte) claudis apis (celū). i. paradiſum (cūctis verbo). i. ſermone.

Erit ſolutum ſuper celi radium
In fine mundi iudex erit ſeculi

Nō impar paulus huic doctor gētiū
Electionis templum ſacratiſſimū:
In morte cōpar: i corona particeps
Ambo lucerne & decus eccleſie
In orbe claro coruſcant uibramie

O roma felix q̄ tantorū principū
Es purpurata p̄cioſo ſanguine
Excellis oēm mūdi pulchritudinē
Non laude tua ſed ſc̄tōrū meritis
Quos cruentatis iugulaſti gladiis.

Vos ergo modo glorioſi mr̄yres
Petre beate paule mundi lilium
Celeſtis aule triumphales milites
Precibus almis uřis nos ab oībus
Munite malis: ferte ſuper ethera.

Gloria deo p immenſa ſecula
Sit tibi nate decus & imperium
Honor poteſtas ſanctoq̄ ſpiritui
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſeculorū ſecula. Amē.

AVrea luce & decore roſeo
Lux lucis oē pfudiſti ſcl'm
Decorans coelos inclytō martyrio.
Hac ſacra die que dat reis ueniā.

Ianitor celi doctor orbis pariter
Iudices ſecli uera mundi lumina
Per crucē alter alter enſe triūphās
Vite ſenatū laureati poſſident.

Iā bone paſtor petre clemēs accipe
Vota p̄cantū & peccati uincula
Reſolue tibi poteſtate tradita
Qua cūctis celū uerbo claudis apis

Doctor egregie paule mores
inſtrue
Et mente polum nos transferre ſatage:
Donec pfectum largiatur plenius
Euacuato qd' ex parte gerimus.

O Paule doctor egregie (inſtrue).i.cōpone nr̄os mores (⁊ ſatage).i.labora trāſferre nos mēte polū.i.celeſtia mēte cogitare ⁊ q̄ icelis ſunt tota mēte dſiderare (donec).i. quſq₃ pfectū in vtraq₃ parte.ſ.aīa ⁊ corpore. (largiat).i.tribuat nob in futuro (plenius).ſ. de⁹ largiat.illo (euacuato)ſ.penit⁹ dimiſſo.ſ. mortalitate (qd̓ gerim⁹ ex parte).i.i hoc mortali corpe q̄ſi i aliā partē hoīs.i.i futuro gl̄ia bit homo pleni⁹ ⁊ pfectius data ſibi immortalitate vtriuſq₃ partis.ſ.corpis ⁊ aīe.

Oliue bine pietatis unice
Fide deuotos ſpe robuſtos maxie:
Fonte repletos charitatis gemine.
Poſt mortē carnis ipetrare uiuere.

Oliue bine.i.due oliue (pietatis vnice) i.idiuiſe vel vni⁹ amoris (ipetrate).i.poſtulate a deo nos (viuere deuotos fide ⁊ robuſtos) i.firmos (ſpe maxīe repletos fōte gemīe charitatis).ſ.dilectiōe dei ⁊ ꝓximi ipetrare inq̄ (poſt mortē carnis).i.ſepationē corpis ⁊ aīe.

Sit trinitati ſempiterna gloria
Honor poteſtas atq₃ iubilatio:
In unitate cui manet imperium
Et tunc & modo per eterna ſecula.

Sēpit̄na gl̄ia.i.eterna gl̄ia (ſit trinitati) in trib⁹ pſonis (⁊ honor ſit eis atq₃ iubilatio.i.laudatio ſit ei trinitati i vnitate).ſ.vno deo (cui) trinitati q̄ eſt vn⁹ de⁹ (manet impiū ex tūc).i.ab exordio mūdi (⁊ modo) in pſenti p eterna ſcl'a.i.p oīa ſeq̄ntia.

℄ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in feſto beate marie magdalene ad ueſpertinas horas. Memorat quemadmodum penitentia ducta: ante chriſti pedes delictorum ſuorum ueniam conſecuta eſt a deo ut ieſum reſurgentem a mortuis prima uidere mereretur eamq₃ exorat ut pro nobis ſter aduocata.

Laudat mater eccleſia
Lauda xp̄i clementiam
Qui ſeptem purgat uitia
Per ſeptiformem gratiam.

¶ Materia pſentis hymni eſt laudare deum in ꝯuerſione marie magdalene cui⁹ habitum ⁊ ꝯſuetudinē pteritā tangit: glorioſam ꝯuerſionē eius celebrādo. narrat eīn auctor quemadmodū prius peccatrix: ⁊ fere iā ab ipſa fauce tartari detenta redit ad vite ianuam p lamenta penitentie ⁊ lachrymarum affluentiam. cuius ꝯuerſionē imitantes peccatores ad eius beatitudinem ꝑuenire merebuntur (o mater eccleſia).i.o fidelis congregatio xp̄ianorum (laudat).i.verbis extolle (clementiam) i.miſericordiam chriſti (qui purgat).i.emūdat ⁊ extirpat in maria magdalena (ſeptem vitia).i.ſeptem peccata mortalia ⁊ hoc (p ſeptiformem gratiam).i.per ſeptem dona ſpiritus ſancti.que ſunt ſapientia.intellectus. conſiliū. fortitudo.ſcientia.pietas.⁊ amor.vel dic per ſeptiformem gratiam ideſt per ſeptem virtutes que opponuntur peccatis.vt humilitas ſuperbie.⁊ caſtitas luxurie.⁊ diligentia accidie ⁊ ſic de ſingulis. Septē dona ſpūſſci. Septē virtutes ɔtra pcta.

℄ Maria ſoror lazari
Que tot commiſit crimina:
Ab ipſa fauce tartari
Redit ad uite premia.

Declarat q̄lis fuerit ante conuerſionē ⁊ qualis effecta ſit poſt dicens (maria).ſ.magda.a magdalo caſtro cognominata.⁊ dicta eſt maria.q.amarū mare.⁊ magdalēa.q.manens rea. hoc apiet cathalogus ſanctorum (ſoror lazari q̄ cōmiſit tot crimina) ideſt tanta ⁊ tam inhoneſta genera peccatorum quod (amiſſo nomine) peccatrix dicebatur ⁊ ſic cognoſcebatur (redit ad premia) ideſt ad dona vel ad limina (vite) ſcilicet eterne ⁊ hoc ab ipſa fauce tartari. Maria. Magdalena.

Digitized by Google

Phiala. Fit.ſ. maria magdalena (phiala).i.vas aureum ꝑcioſum quo vt habetur exodi.xxv. offerebāť odoramēta in templo (ex lebete).i. ex vaſe illi ꝑ qḋ eiꝰ pcc̄a deſignanť. q: lebes olla enea eſt.ſeu vas coq̄ndi aliqd ſup ignē (⁊ hoc poſt ſcādala) i.poſt peccata ſcādaloſa (carnis fluxe).i.fragilis ⁊ ſpurciſſime (trāſlata in vas glie).i.in habitaculū dei (de vaſe ꝯtumelie).i.malitie ⁊ ſpurciſſimi peccati.

Lebes.

Egra ſcꝫ maria mag.i.infirma pōdere pctoꝝ (currit ad medicū).ſ.xp̄m q: vite ꝓſtine nō ſuſtinuit detrimentū ſed afflata ſancto ſpū iuit ad domū ſimonis leproſi (ferens vas aromaticū).i.plenū vnguēti nardi myſtici ꝑcioſi. aromaticus.a.um.ab aroma.tis. grece deſcendit qḋ latine ſonat odoramentum ex ſpeciebꝰ odoriferis ꝯfectūꝫ (⁊ curať).i. ſanatur (a multiplici morbo).i.ab immundiſſima peccatoꝝ lepra ⁊ hoc (voce).i.ꝑ vocem (medici) q: dixit ieſus remittuntur ei peccata multa: q: dilexit multum.

Aromaticus.

Aroma:

Vnctio ꝯtriti cordis.ſ.ipſiꝰ ma.pungētis dn̄m (cū fluuio).i.abūdātia lachrymaꝛ: ⁊ (actio pietatis).i.actus vel demōſtratio pietatis ſiue exercitiū. q: deuotis lachrymis cepit rigare pedes dn̄i ⁊ capillis tergere (ſoluit) zeuma eſt ab īferiori nā hoc vbū rñdet ſupradictis nōiatiuis ſoluit dico.i. abſoluit (reā).i. mag. peccatricē (a vitio).i.a pcc̄o.

Diximus qḋ ꝑ affluentiā lachrymaꝝ et magnā ꝯtritionem curata fuit a medico. declarat autem quantum valuere lachryme ille.ſ.quod (prima vidit ieſum.ſ. poſt mariam matrem reſurgentem ab inferis cū victoria) ſcꝫ ꝓpter ſpolium animarum ſanctarum ex pectantium eius aduentum ⁊ quia ardebat (plus ceteris) ſcilicet diſcipulis Domini Jeſu: (meretur prima gaudia) ſcilicet reſurrectionis dominice.⁊ petierit eſſe prima tam nominatiuus quam accuſatiuus.

Et q: xp̄s remiſit tot tātaq; pcc̄a marie magda. vt daret fiduciā pctōribꝰ ſperādę pietatis (gloria ſit vni deo ꝓ ſua gr̄a multiformi).i.infinita (q̄ remittit culpas ⁊ etiam ſupplicia).i. tormēta ſiue penas debitas ꝓ pcc̄is (⁊ dat p̄mia) i.recte ꝯuerſis pctōribꝰ cōcedit gloriam eternam hoc eſt ſeipſum. cuius fruitio eſt gloria eterna.

℄ Poſt fluxe carnis ſcandala
Fit ex lebete phiala:
In uas tranſlata glorie
De uaſe contumelie.

℄ Egra currit ad medicum
Vas ferens aromaticum:
Et a morbo multiplici
Verbo curatur medici.

℄ Contriti cordis unctio
Cum lachrymarum fluuio:
Et pietatis actio
Ream ſoluit a uitio.

℄ Surgentem cum uictoria
Ieſum uidit ab inferis:
Prima meretur gaudia
Que plus ardebat cæteris.

℄ Vni deo ſit gloria
Pro multiformi gratia
Qui culpas & ſupplicia
Remittit & dat premia.

℄ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas matutinas in eadem feſtiuitate ſancte marie magdalene agitur quod in titulo precedentis hymni.

¶ Vt ſupiori ſic etiam p̄ſens hymnꝰ tractat de laudibus diue marie mag. cuiꝰ interceſſionem petit. narrat quideꝫ qm̄o ꝯtempſit ⁊ calcauit huius ſeculi pompā ⁊ faſtus igne ſancti ſpūs ſuccenſa. ⁊ ꝓ dolore p̄cedentium delictoꝝ beatoꝝ gloriam ꝯſecuta ē. Orbita ab orbe dicta eſt. vt vrbs ⁊ eſt rota currus ⁊ eius veſtigium. vt ait aſconius. orbita ergo lucis.i.

Orbita vn̄ Aſconius

VOtiua cunctis orbita
Lucis triumphat gratia:
Qua ſcādit aſtra uernula
Maria chriſti fulgida.

dies huius ſolēnitatis btē marie mag.q̄ p annuā reuolutionē.q.in rota nobis ſe repſentat. nā orbita ꝓprie rotūditas eſt(votiua).i.aduocata(cūctis).i.hoībus reſpectu deuotiōis.vel ſic votiua.i.deſiderata cūctis hoc eſt in voto cunctorū reſpectu vite qꝛ oēs deſiderāt hūc et plures alios dies videre(triūphat).i.letaſ gr̄a.i.(p gratiā)cōceſſam marie.qua.i.in q̄ orbita(maria vernula).i.ſerua chriſti.qꝛ veluti ſerua ad pedes dn̄i recūbēs precio miſericordie ꝛ ſuarū lachrymarum redēpta eſt(fulgida)hoc eſt effecta fulgida ꝛ ſplendens in amore et dilectione noſtri redēptoris vel fulg.ideſt iam mundata a peccatorum lepra.

Calcans beatam luridam
Secli ruentis machinam:
Ardore ſancti ſpiritus
Ignem ſubegit lubricum.

Btā.ſ.maria(calcās).i.flocipēdēs ꝛ negligēs(machinā).i.fabricā ſui corporis ſiue mundane cōpoſitionis inſidias. Luridā.i. pallidā.tabidā.liuidāq; merentē ꝛ triſtē.nā a loro dr̄ ſiue a luria genere potionis mortifere pallideq;.vnde tibullus. Diues in ignaua luridus orcus aqua(ſecli ruentis).i.mūdi pereuntis(ſubegit).i.ſubiugauit ꝛ calcauit(ignem lubricum).i.vilem ꝛ contagioſum huiꝰ mūdi ꝛ hoc ardore ſancti ſpūs.ſ.ſuccenſa:qui eius lumbos iecurq; morbidum aduſit. Luridus et vnde. Tibullus

Hec ſacroſi ieſu lachrymis:
Pedes rigauit intimis:
Terſit capilis oſculans
Mentis tenebras expians.

Hec.ſ.maria (rigauit lachrymis intimis).i.viſceralibꝰ (pedes ſacros ieſu) ꝛ terſit.i.mundauit vel exſicauit (ſuis capillis) p lintheo habitis(oſculans ꝛ expians).i.euacuans emūdanſq;(tenebras).i.peccata tenebroſa que mentes hominum ceca caligine inuoluunt(mentis).i.anime ipſius marie.

Te queſumus gratiſſima
Depoſce clemens ueniam:
Celeſtis aule tinulis
Quo perfruamur organis.

Per eiꝰ itercesſionē nr̄oꝝ peccatoꝝ cōdonationē petimꝰ(o gratiſſima deo).ſ.mag. ſpeciali gr̄a a deo dilecta (q̄s).i.rogamus te (depoſce tu clemēs).i.pia.vel potius clemēs. i.clemēter(depoſce).i.īpetra a deo veniam.i. nr̄oꝝ peccatoꝝ remiſſionē(quo.pro vt.pfruamur).i.nos participes ſimꝰ ꝛ letemur organis.organū.notiſſimū inſtrumēti muſici genus eſt.de quo ps.cxlviij.accipitur etiā pro omni genere muſici inſtrumenti:organis).i. cātibꝰ ꝛ melodia(tinulis).i.bene ſonantibus vt ſit tinulus.a.um.eſt autē tinulus ſonus liquidus ꝛ ſuauis ꝛ dulcis qualis eſt in gloria ſanctoꝝ a tinio.is.qḋ ſonat retenir el metal. Organum Tinulus.

Salue beata trinitas
Perēne manens gaudium:
Viua creatrix omnium
Qui regnas in perpetuū.Amen.

Cōcluſio totiꝰ hymni ad laudē ꝛ gl̄iaꝫ ſctiſſime trinitatis(o trinitas btā ſalue manēs).i.exiſtēs gaudiū perēne.i. ꝑpetua btitudo(creatrix viua).i.increata oim(q̄ regnas) i.duras ꝛ pmanes(imperpetuum).i. ſine fine p infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Carmē eſt q̄le illud primo dieꝝ ſed cacometrū. Caniſ ad ho.ueſp. in feſto diui iacobi maioris:cuiꝰ merita cōmēdās petit nr̄as p̄ces exaudiri.

Hic iudicandis ouibus
Et iudex agnoſcētibus:
Sūmo qui fulſit merito
Sit pius in iudicio.

Materia p̄ſentis hymni laudes bti iacobi apoſtoli proſequiſ.ꝛ p eius interceſſionē petit a deo preces celebrantiū ſua feſta exaudiri ꝛ cōcedi ꝛ primo petit vt in iudicio ſit pius. O.ſ.deus hic iudex.ſ.a te ꝯſtitutus nā dr̄ Math.xix.ſedebitis ꝛ vos ſup duodecim ſedes iudicantes.d.ꝛ.l.(qui fulſit).i.electus ꝛ ſplendidus fuit(ſummo merito).i. ſecundum eius preclara merita.(Sit pius).i.mitis ꝛ miſericors in iudicio ꝛ hoc(ouibus iudicandis) i.ad iudicandas oues(agnoſcentibus).ſ.eum vel te o deus per eum vel agnoſ.ſcilicet peccata ſua quia qui non agnoſcunt hic peccata ſua per penitentiam.et qui non credunt iam iudicati ſunt ꝛ preciſſi ab eccleſia ſecundum auguſtinum. Auguſti.

O ſctē iacobe.ſ.vel potius o deꝰ (abſolue nos erroribus).i.ab erroribus ꝛ pctis noſtris(in his pcibus ſacratis).i.dedicatis tibi ꝛ robora ideſt fortifica ſtantes.i.permanentes in ſtatu grē ne.i.vt nō cadāt.ſ. in peccata ꝛ adiuua lapſos vt ſurgāt ſcilicet a peccatis in quibus iacent ꝛ ſepulti ſunt.

¶ In his ſacratis precibus
Abſolue nos erroribus:
Stantes ne cadant robora
Lapſos ut ſurgant adiuua.

Petit etiā(vt qui colūt).i.celebrant et venerātur hodie hec feſta (nomine)ideſt ſub noīe apl'i.ſ.iacobi(interſint).i. aſſociētur ꝛ pſentes ſint in per.i.in eternū(ſolēnitati).i.feſtiuitati.ꝛ glorie(celibū).i.vitā celeſtem agētium aut ſanctoꝝ. nā celebs dicitur cōiugiū

Celebs. expers celo aptus ſiue celo beatus.

¶ Apoſtoli qui nomine
Hec feſta colunt hodie:
Solemnitati celibum
Interſint in perpetuum.

O deus ſctā trinitas).i.o deus trinus et vnus(omnes fideles collaudēt).i.adorēt ſup exaltent ꝛ benedicant te(vt exaudias ſupplices).ſ.eos ideſt ſuppliciter decantantes ꝛ cōferas.ideſt dones pacem cunctis.

¶ Vt ſupplices exaudias
Pacem cunctis & conferas.
Omnes fideles te deus
Collaudent ſancta trinitas

¶ Carmē eſt q̄le ſupius. Canit̄ i eodē feſto:ad qđ celebrādū nos mōnet

Iſte hymnus cū ſuperiori verſatur.ſed primo nota ꝙ incitat chriſtianū populuꝫ ad celebrandū beati iacobi natalicium diem: cuius laudes ꝛ martyriū deſcribēs: petit apud deū eius interceſſionē. inquit ergo nr̄a concio)ideſt fidelium cōgregatio ꝛ chriſtianorū

EXultet noſtra concio
Eterni patris filio:
Vociſq; modulatio
Canat hymnum cum gaudio.

Hymnus vnio.quid ſit concio vide in hymno corone domini(exultet)ideſt letetur filio eterni patris (qꝫ pro ꝛmodulatio).i.dulcedo ꝛ ſuauitas(vocis)ſcꝫ noſtre(canat ſcꝫ ei hymnum).i. laudē cū cantico.hymnus.grece hymnos.ꝛ interpretatur laus dei cum cantico.ꝛ ſi non fuerit dei ꝛ cum cantico non erit hymnus.hos primum dauid compoſuit.

Colamꝰ).i.celebremꝰ cū letitia.ſ.maxima(natalicia iacobi).i. ſolēnitatē diei i quo natus eſt ad gloriā btūs iacobꝰ.nā cū ſcī moriūtur tūc vident̄ naſci ad glīā ꝛ appellamꝰ

Natale. natale ſeu natalitiū diē eoꝝ qꝛ non nati ſunt

Natalicium. ſcti.ſoliꝰ aūt btē marie genitricis dei.ꝛ beati

¶ Iacobi natalitia
Colamus cum letitia:
Qui ligauit demonia
Pro phileti iniuria.

natiuitas ioānis natiuitatē celebramꝰ qꝛ ſcti nati ſunt.ꝛ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i:q̄ ſctūs ſctōꝝ eſt(q̄ ligauit de

monia.i.p quē iacobū angelus dei ligauit demōia)ꝛ hoc(ꝓ iniuria phileti)hic fuit diſcipu

Philetꝰ quis. lus ſcti iacobi ꝛ pꝛius hermogenis magi.hoc aūt fuit qū poſt cōuerſionē phileti: miſit hermogenes diabolos:vt adducerēt philetū ꝛ iacobū vinctos.ꝛ veniētes in aere vlulare ceperunt.dicentes iacobo qꝛ angelus dei eos ligauit cathenis ferreis:ꝛ plurimum cruciauit.

Jacobus dr maior triplici ratione. Narrat beati Jacobi excellētiā q̄ vocatus eſt primꝰ ſeu maior triplici rōne. primo rōne vocatiōis. qꝛ primo vocatꝰ eſt a xp̄o.ij. ratione familiaritatis.qꝛ ipſuꝫ ad ſecreta admittebat.iij.ratione paſſionis quia(primus omnium apoſtolorum).i.inter ceteros apoſtolos(ſequentiuꝫ veritatē) ideſt xp̄m (ſubijt

¶ Apoſtolorum omnium
Veritatem ſequentium:
Primus ſubiit martyrium
Celeſte ſcandens ſolium.

martyrium)ideſt paſſus eſt mortem.nam decollari iuſſus eſt ab herode p abiatar(ſcādēs) i.aſcendens per mortem martyrij(ſolium celeſtē)ideſt gloriam regni celeſtis.

Dico quod ſubijt martyriū plexus capite).i.pcuſſus vel decollatus(hieruſalem) i. in hieruſalē ꝛ hoc(ſentētia impia).i. per cru-

¶ Hieruſalem ſententia
Capite plexus impia.

degollado

Digitized by Google

Compoſtelle per maria
Dantur ei reſidia.

delē ſententiā(ꝛ reſidia).i. vltime ſedes ſiue vltima quies ꝛ locus permanēs in poſterū (dantur cōpoſtelle).i.in cōpoſtella(ꝑ maria) i.ad quam appulit per maria vectus.nam diſcipuli eius metu iudeorum noctu corpꝰ apoſtoli ſurripientes naui ſine remige impoſuerunt.cetera aperiet cathalogus ſanctorum.

℃O iacobe paſtor pie
Conſolator eccleſie:
Regem appella glorie
Vt nos audiat hodie.

Cōcludit petēs eiꝰ bñficiū (o iacobe paſtor pie ꝛ cōſolator eccleſie).i.fideliū (appella).i.in nr̃ȝ fauorē īclina (regē glīe).i.deuȝ vt ipſe tuis ꝑcibus placatꝰ(audiat nos).i.nr̃as preces(hodie.i.in preſenti feſtiuitate. amen.

℃Carmen eſt quale ſuperius. Canitur in eodem feſto & incitat Hiſpaniam ad laudes ſui glorioſi ducis decantandas.

Gaude felix hiſpania
Letis exultans mentibus
Tui ducis ſolemnia
Dignis cantando laudibus.

Glorioſiſſimi hymni ꝑſētis materia vlterioris citerioriſq̧ hiſpanie īcolas īdigenaſq̧ exhortaē:vt eximiū patroni ſui iacobi ſolēnitatē gaudijs attollat:ꝑceteris natiōibus. tū q꞉ ꝑ eiꝰ ſaluberrimā ꝑdicatione idola reprobauit.tū etiā q꞉ ſui ſacratiſſimi corporis theſaurū tanꝗ̄ depoſitū ſeruat.inquit ergo.(o hiſpania)eſt aūt hyſpania regio nr̃e europe.dicta prius hyberia ab hybero poſtea vero ab hyſpano ſiue ab hyſpali hyſpania cognominata eſt.Hyſpania aūt tribus eſt diſiuncta nominibꝰ. Terraconēſis in qua numātia vrbs erat clariſſima. Bethica vbi Hiſpalis ꝛ Corduba. Luſitania vbi emerita eſt. auctor eſt mellas(felix).i.nobilis ꝓpter tm̄ patronū(gaude).i.letare(exultās).i.gaudēs ꝛ te glīficās(mētibꝰ lectis)i.v̄bis mēbriſq̧ feſtiuis.v ex ꝛ ſalto(cātādo laudībꝰ dignis ſolēnia).i.feſtiuitatē(tui ducis).i.tui glorioſi patroni Iacobi. hyſpania Hyſpanie ptes tres. Mellas.

℃Hic eſt ille magnificus
Miles potens certamine:
Primus palma glorificus
Apoſtolorum agmine.

Declarat quare debeat exultare dicēs. q꞉(hic eſt ille)ꝑ excellētiā dicitur (magnificus miles).i.nobilis ꝛ magnanimus(potens certamine).i.incertamine nam multa miracula operaē quotidie(primus glori.).i.glorificatus ꝛ laureatꝰ(palma).i.victoria ꝛ corona martyrū ſui(agmine) ideſt exagmine ꝛ numero apoſtolorum.quare autem dicatur primus ſiue maior vide ſuperius.

℃Qui poſt mortem ſententiam
Naui deductus irie:
Tibi dedit noticiam
Regni celeſtis curie.

Qui.ſcȝ beatus iacobus (deductus)id eſt vectus naui(irie)ideſt ad illum locum.hirie.es ciuitas eſt boetie.Iria autē flauia vulgariter dicitur el padron in gallecia.ad quā beatus Iacobus poſt mortem delatus fuit (poſt ſententiam mortis) dictatam ab herode per abiatar (dedit tibi) o hyſpania ſiue Iria(noticiam)ideſt cognitionem(curie regni celeſtis) ideſt glorie paradyſi. Hirie. ee. Iria. e.

℃Vt reprobares idola
Cum omnibus piaculis:
Iam fide facta credula
Multis uiſis miraculis.

Dico qd̓ dedit tibi noticiam regni celeſtis(vt reprobares)ideſt ſperneres (idola).i. falſos deos(cū oībus piaculis).i. pctīs expiatione dignis(iam facta).i.te iā exiſtēte facta ideſt effecta(credula miraculis multis viſis) ideſt per multa miracula a te viſa ꝛ ab ipſo facta ad gloriam dei. vel dic vt tu facta iam cred mul.v.reprob.idola.

℃Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur ad horas ueſpertinas in feſto beate Anne matris Marie genitricis dei. Narrat quemadmodum diuino nuto concepit & peperit glorioſam uirginem Mariam.

Clara dei gaudia
Decantet nunc eccleſia:
In anna dei famula
Pangens celi miracula.

Totus hic hymnus tractat de laudib⁹ beate anne pcelſe genitricis dei marie matris: cuius genealogiã a regibus ꝛ ſacerdotibus tangit: eiuſq; vite ſtatũ demõſtrat. dicẽs qȝ matrimonio felici nupta fuit nobili viro

Btã anna tres maritos ꝛ tres filias habuit. Joachi primũ ex quo progenuit mariã matrẽ redẽptoris. ꝛ poſt eius obitum: annuente dño. habuit alterum cuius nomen cleophas. ex quo habuit alterã mariã matrẽ Jacobi minoris: ꝛ ſimonis ꝛ inde. deinde habuit tertium virũ qui fuit zebedeus: ex quo habuit mariã matrẽ Joannis euangeliſte: ꝛ Jacobi maioris. Itaq; per eius interceſſionẽ petit nobis auctorẽ oium reddi propitiũ dicẽs (eccleſia decantet nunc gaudia clara dei). ſ. huius preſentis feſtiuitatis anniuerſarie diue anne (pangens). i. decantans (miracula celi) ſcilicet eſſe completa in anna famula. i. ſerua dei.

Anna regum progenies
Et ſacerdotum ſeries:
Stirpem illuſtrem patribus
Suis donauit actibus.

Laudat eã a gñe ꝛ ab opibus quibus genealogiã ſuã decorauit anna (appoſitiue) progenies (regũ). i. deſcẽdẽs a gñe regũ ꝛ exiſtẽs caput gñatiõis regis regũ (ꝛ ſeries). i. ordo ꝛ diſcurſus ſacerdotũ ꝛ pt̃iarchaꝝ (donauit ſuis acti.). i. ſuis opib⁹ ꝛ meritis ſctis dedit (vt decebat ſemp oratiõibus ꝛ ieiunijs inſiſtẽdo (patribus). i. ſuis anteceſſoribus (ſtirpem). i. filiam mariam (illuſtrem). i. nobilem. non enim primam viſa eſt nec habere ſecundam.

Nupta dei iudicio.
Fideli matrimonio:
Iuxta uerbum angelicum
Fructum concepit celicum:

Nupta). i. coniuncta fuit anna (iudicio dei) i. diuina volũtate (matrimonio fideli) i. debita caſtitate celebrato cui pctm̃ deeſt: vt

Beda

ait Beda (cõcepit fructũ celicũ). i. mariã reginã celoꝝ (iuxta verbũ angelicum) dixit. n. angelus. Anna ecce Joachi vir tuus ex quo cõcipies: veſtras eñ preces deus exaudiuit.

Infecunda pro tempore
Prole marceſcens corpore:
Sed iam per patrem luminum
Parit reginam uirginum.

Infecunda) ſcilicet fuit beata anna. i. ſterilis (pro tempore) ſcilicet aliquo ex multo ſue etatis vel gratia temporis. ideſt ſenectutis ſue (marceſcens) ideſt marcida vel exſiccata (prole). i. quo ad prolem (corpore. ſ. exſiccato cuius cauſa pontifex deſpexit Joachiȝ qȝ nõ reliquerat prolẽ in iſrael iam ſenex (ſed p patrẽ luminũ). i. gr̃a p̃ris luminũ hoc eſt dei omnipotẽtis (paritiã reginã virginũ) ideſt virginẽ mariam virginũ decus egregiũ.

Obtentu anne filia
Maria plena gratia:
Nobis auctorem omnium
Reddat ſemper propitium.

Maria illuminatrix interpretat̃

Petit btẽ anne itterceſſionẽ apud deuȝ dicẽs (Maria filia plena gr̃a reddat). i. efficiat nobis (auctorẽ oim). i. deũ omnipotenteȝ (ppitiũ). i. mitẽ ꝛ miſericordem ꝛ hoc (obtẽtu). i. interuentione anne. ſ. matris ſue.

Sit laus paterno lumini
Sit filio uel flamini:
Qui nos per anne meritum
Celi transducat additum.

Laus ſit paterno lumini). i. deo patri ꝛ filio vel ideſt (etiam flamini) i. ideſt ſpũi ſctõ. qui. ſ. deus trinus ꝛ vnus (trãſducat) accipe ſimplex verbum ſolum ꝛ dic. ducat nos trãs additũ celi ideſt intra ipſum celum (per meritum anne matris marie genitricis dei.

Carmẽ eſt q̃le ſupius. Canitur in eodẽ feſto ad matutinas horas. col/ laudat annã tãti fructus genitricẽ: qui nr̃e redẽptionis extitit principiũ.

Quã terra põtus ethera
Colunt & aſtra cetera:

In p̃ſenti hymno agit̃ etiã de laudib⁹ btẽ anne. laudat eã veluti radicẽ et pñcipiũ nr̃i remediũ. q̃ppe eã pegit quã põt⁹ ꝛ aſtra

Digitized by Google

Excelſam ſupra ſydera
Anna precelſa genuit.

aſtra.ꝛ cetera colſit. Anna ergo pcelſa).i. alta nobilis vt decebat matrē tāte filie:alias p celſam ꝛ referꝭ ad virginē (genuit).ſ. illā virginē(excelſam).i.ſublimē(ſupra ſydera).i.ſup oēs celos ꝛ celeſtes(quā terra ꝛ pōtus).i.mare(ꝛ ethera).i.celū(colſit).i.venerātur ꝛ adorant(ꝛ aſtra cetera).i. oīa alia ſydera ſeu celi. ether aūt pro primo celo vel pro altiore parte aeris.ab eo deriuatur ethera.e.femininum ſicut ab hoc nomine aer aura.poteris etiam dicere in alio ſenſu.quam terra idest boni.ꝛ pōtus idest mali.ꝛ ethera.i.celeſtes colunt ꝛ adorant excelſam ſupra ſydera. Aether. Aethera.

¶ Nam hec arbor pomifera
Ramos pandens ut hedera:
Vt oliua fructifera
Fructum trinum progenuit.

Nā hec arbor).i.btā anna (pomifera)a pomo ꝛ fero cōpoſitū eſt.i.fructuoſa(pādēs) i.extendēs(ramos).i.prolē triū filiarū vt.i.veluti(hedera)pullulans.i.ramoſa. ꝛ vt.i.veluti(oliua fructifera)ideſt pſpera ramis ꝛ fructibus plena vtiliſſimis oleo enim veſcimur vngimur:et illuminamur.(progenuit fructum trinum)ideſt tres filias. pomifer. Olei triplex vſus.

¶ Qui marie uocabulo
Coniunctus ut in ſurculo:
Sed iam primus pro ſeculo
Redimendo concipitur.

Genuit anna trinū fructū q.ſ. fruct⁹ fuit(cōiūct⁹).i.inſertus ꝛ adunatus (vocabulo marie)oēs eñi tres vocabantur marie.ſ.maria mater xpi.ꝛ maria iacobi.ꝛ maria ſolome(vt.i.ſicut in ſurculo).i. ſicut in trūco arboris cui inſeruntur ſurculi ſeu rami.nam ſicut nicolaus perot⁹ in cornucopia aſſerit.ſurus eſt palus cui⁹ diminutiuū eſt ſurcul⁹.ſurculus eñi pprie eſt q̄ inſerit.germē aūt in ſurculis naſcit. aliū eñi ſurculū a ſurco tradit pro trūco arboris ꝛ p ramo abſciſſo vt ambroſi⁹ in quadā homilia quadrageſime (ſed prim⁹) ſcꝫ fructus.i.prima maria mater xpi(cōcipitur iā pro ſeculo redimēdo).i. pro generis humani redēptione:ex ea namq̄ natus eſt chriſtus(qui ſuo proprio ſanguine nos redemit. Nicolaus perotus. Surus. Surcul⁹. Ambroſius.

¶ Vt in mortis ergaſtulo
Dudum oppreſſo populo:
Cum ſalutari poculo
Subueniat dum oritur.

Hec glīoſa virgo q̄ fuit primus fructus anne cōcipitur(vt dū oritur ſubueniat).i.ſuccurrat cū poculo ſalutari.i.cum filio ſuo chriſto ieſu(ſalutari)ideſt ſalutifero vel ſaluaturo potantes.vnde in euangelio qui biberit. ꝛc.nunquā ſitiet in eternum)populo oppreſſo)ideſt detento(dudum)ideſt iam diu(in ergaſtulo mortis)ideſt in infernali carcere.

¶ Hec eſt maria regia
Feminarum prenuncia:
Velut gemma primaria
Clare fulgens producitur:

Hec que ſubuenit dū oritur(eſt maria regia).i.a regia pgenie decendēs ꝛ regis regū mater(prenuncia)ideſt dux ꝛ aduocata (feminarū.ſ.q̄ fulgens).i.ſplēdēs clare(producitur).i.generatur ꝛ ppagaꝭ(velut.i.ſicut gēma).i.flos ex qua naſciꝭ fruct⁹.vulgariꝭ dr̄ yema(pimaria).i.q̄ pmo naſciꝭ (alias pimitia)gēma etiā ſumiꝭ p lapillo pcioſo ſplēdido ꝛ trāſparēti qd̄ inſtar gumi trāſluceat. Gemma.

¶ Laus ergo ſit ingenito
Marie primogenito:
Cum ſpiritu paraclito
Pro anne fetu inclito.

Sit laus igenito).i.pr̄i q̄ nō fuit genit⁹ (ꝛ primogenito).i.filio marie(cū ſpū paraclito).i.conſolatore(ꝛ hoc profectu).i. pro partu(inclito).i.nobili anne.que virginem mariam glorioſam filiam nobis condonauit.

¶ Carmē eſt q̄le illud primo dierū. Canitur in die tranſfiguratiōis dñi ad ueſpertinas & matutinas horas.chriſti tranſfigurati gloriā celebrat.

Nata lux de lumine
Ieſu redemptor ſeculi:
Dignare clemēs ſupplicū
Laudes precesq̄ ſumere.

Glioſam xpi trāſfigurationē celit⁹ veteriſq̄ teſtamēti pr̄ib⁹ reuelatā repſentat preſens hymn⁹:in quo nos auctor monet ad debitā xpo adorationē offerendā (o ieſu redēptor).ſ.mūdi exiſtēs.ſ.lux nata ideſt filius ge=

Digitized by Google

nitus(de lumine).i.de patre(tu clemẽs dignare).i.digneris(ſumere laudes).i. hymno s.q̃ ꝓ ⁊(preces)ideſt petitiones orationeſq̃(ſupplicum).i.deuote ſupplicantium ſeruorum.

Tu ergo ieſu q̃ dignat⁹ es cõtegi carne quondã).i.incarnari ex marie carne ṽginea (ꝓ perditis).ſ.hoībus(confer).i.cõcede (nos effici).i.fieri membra (tui ſacrati capitis)naꝫ chriſtus caput eſt noſq̃ eius membra.

¶ Qui carnem quondam cõtegi
Dignatus es pro perditis.
Nos membra confer effici
Tui beati corporis.

O cõditor.ſ.xp̃i tu apparuiſti.i. videri te feciſti:ſ.diuitatis claritate te trãſfigurãdo(dignis teſtib⁹).i.trib⁹ diſcipulis.ſ.ioãni:petro: iacobo:q̃ erãt teſtes noui teſtamẽti(in mõte)
Thabor. ſ.thabor.q̃ vt calepino placet mõs eſt in me-
Calepin⁹ dio galilee rotũdus ⁊ ſublimis exiſtẽs(flãmeus vultu).i.ꝑclar⁹ aſpectu ꝑſole.i.pluſq̃ ſol. ⁊(cãdid⁹).i.ſplẽdid⁹ (amictu).i.veſte (vt nix.

¶ Preſole uultu flammeus
Vt nix amictu candidus:
In monte dignis teſtibus
Apparuiſti conditor.

Et tu cõferens).i.ſimul adducẽs (vates vetuſtos).i.moyſen ⁊ heliam veteris teſtamẽti ꝓphetas(additos nouis alũnis).i.noui teſtamẽti diſcipulis(dediſti).i.conceſſiſti) vtriſq̃.ſ.alumnis(credere te)ſcilicet eſſe deum(diuinitus)ideſt celitus. habentem coruſcantem humanitatem deitate infuſa.

¶ Vates alumnis additos
Nouis uetuſtos conferens:
Vtriſq̃ te diuinitus
Deum dediſti credere.

O xp̃e in hac glorioſa transfiguratione tua paterna vox vocauit te filiũ ſuũ celitus. i.a celo deſcẽdẽs dicẽs.hic eſt fili⁹ meus dilectus in quo mihi.⁊c.quẽ.ſ.filiũ xp̃m(nos fatemur)profitemur regẽ.ſ.eſſe gl̃ie.ſ. eterne et hoc(fideli pectore).i.firma anime fide.

¶ Te uox paterna celitus
Suum uocauit filium:
Quem nos fideli pectore
Regem fatemur glorie.

Petit auctor dei auxiliũ ſic q̃ profitemur nos te eſſe regẽ gl̃ie ideo(q̃s).i.petimus cõcede.i.da nobis.ſ. vt poſſimus (micare). i. ſplẽdere(moribus almis).i.ſanctis conuerſationibus ⁊ virtutibus (vt vehamur).i.ducamur a te(ad gaudia polorum).i.ad gloriam celorum(bonis actibus).ſ.noſtris vel actib⁹ i.operibus bonis.ſ.preeuntibus.

¶ Concede nobis queſumus
Almis micare moribus:
Vt ad polorum gaudia
Bonis uehamur actibus.

Laus.ſ.ſit patri inuiſibili)⁊ (laus ei⁹ almo flammini).i.ſpiritui ſancto ab eo procedẽti q̃s pro ⁊(laus ſit vnigenito)ideſt filio(domino orbis terrarum). Amen.i ita ſit.

¶ Laus patri inuiſibili
Laus eius almo flamini:
Lauſq̃ ſit unigenito
Orbis terrarum domino. Amen.

¶ Carmen eſt quale ſuperius in qualitate & materia. Caniturq̃ in eadem feſtiuitate intra laudum ſolemnia.

Hymnographus in preſenti hymno ad ſenſum litterẽ dñi noſtri ieſu chriſti transfigurationẽ decãtat:qui ante tres diſcipulos transfiguratus eſt:talis qualis in tp̃e iudicij extremi futurus eſt.nõ q̃ pꝛiſtinã faciei formã:⁊ corporis humani veritatẽ amiſerit: et ⁊ aliud corpus ſaltẽ aereum vel ſpirituale aſſumpſerit:ſed vt euangeliſta teſtatur.reſplen-
Moyſes. duit facies eius ſicut ſol ⁊c.in qua transfiguratione apparuerunt Moyſes(qui moſes dicẽ-
Moſes. dus erat vt Iuue.tradidit archano q̃cũq̃ volumine moſes.ſed in vſu frequẽtiori eſt moyſes interpoſito.y.) ⁊ helias in claritate magna.⁊ petr⁹ qui dixit dñe bonũ eſt nos hic eſſe ſa

Eſtiua iam ſolemnitas
Nobis recurrit annua:
Qua proles dei inclyta
Paterna fulſit gloria.

clamus hic tria tabernacula. ꝛc.(Solēnitas ergo feſtiua).i.ad feſtū ptinēs ꝛ iocūda (recurrit).i.aduenit nobis annua.i.q̄ fit ſingulis annis(q̄).i.in q̄ (proles incli.d.).i.ineffabilis filius dei.fulſit.i.ſplenduit(pa.glo.).i.diuinitate in qua patri manet ſemper equalis.

¶ Perſpicuo nam lumine
Candido tectum pondere.
Chriſtum in aruo hac die
Clari uiderunt heroes.

(Nam clari heroes).ſ.moyſes ꝛ helias ꝛ apſti(viderūt i hac die lumie pſpicuo).i.clara luce vel aptis oculis xp̄m i aruo.i. in mōte.ſ. thabor(tectū).i.ſupinductū (pōdere cādido) i.clara diuinitatis glīa. heros aūt diuinꝰ hō eſt ꝛ ſcd̄z Aug.li.x.ci.dei dr̄ a iunone q̄ grece hera appellaꝶ:quo noīe ſcđm grecoꝶ fabulas:qdā eius filius appellatꝰ fuit.inde heroes. Heroes.

¶ O quam digna celebritas
In qua polorum dignitas:
Telluris huius infima.
Irradiauit nubila.

(O q̄ digna celebritas).i. q̄ admirabił feſtiuitas(in q̄ dignitas poloꝶ).i.xp̄s ieſus celoꝶ glīa(irradiauit).i.clarificauit(nubila i fi.).i.mūdū ipſuz vel tenebras mūdanas (huiꝰ tel.).i huiꝰ mortalitatis q̄ ipē aſſūpſerat.

¶ O clientes eximii
Qui huius tam egregii:
Clarum decus prodigii
Suis uiderunt oculis.

(O clītes eximii).i.o famuli glioſi dn̄m deū colētes(q̄ viderūt ſuis oculis).ſ.propriis (clarū decus).i.immēſam gloriā (huius pdigii).i.miraculi tā egregij.i.tā ineffabilis ꝛ inauditi quale erat deū videri in terra ab oculis mortalium in ea claritate coruſcantē qua in celo reſidet ſemper.

¶ Tu nate patris unice
Canctos clementer refoue:
Qui tue feſtum glorie
Deuote colunt hodie. Amen.

Cōcludit ꝛ petit dei adiutoriū dicēs(tu nate vnice).i.pmogēite pr̄is(refoue).i. reſpice ꝛ adiuua cle.i.pietate ſolita(cūctos qui colūt hodie deuote feſtū tue glīe).i.tue glorioſe trāſfiguratiōis. Laus prī inuiſibili vt ſupra.

¶ Carmē eſt dimetrū iā.caco. Canitur in feſto beati laurentii ad horas ueſpertinas.cuius martyriū deſcribit & cōſtantiā in paſſiōe demōſtrat.

CHorus noſter ſolemniter
Exultet & concorditer:
In hoc feſto laurentii
Tormentis flecti neſcii.

Materia pſentis hymni eſt agere laudes btī laurētij martyris:eiuſq; cōſtātiaz in paſſiōe explicare.ad qđ incitaꝶ fideliū chorꝰ. inquit ergo(chorus nr̄).i.nr̄a congregatio.ſ. fideliū(exultet).i.leteꝶ(ſolēniter).i. cum ſolēnitate maxima(ꝛ cōcorditer in hoc feſto laurentij neſcij).i.ignorantis(flecti).i.moueri a rectitudine fidei.et hoc(tormentis).i.paſſione quia nunquam in martyrio negauit chriſtum.dictus eſt autem laurētius a lauro quia victoriam obtinuit in ſui paſſione.q.lauream coronam tenens. Laurētiꝰ.

¶ Reddi ſibi quam citius
Theſauros petiit decius:
Quos diſperſit laurentius
Erogando felicius.

Btūs laurētiꝰ natiōe hiſpanꝰ rome eruditꝰ ab ipſis icunabulis xp̄ianus: ꝛ btō ſixto papę factꝰ diaconꝰ miniſtrabat cui ſixtus tēnus a decio ceſare theſauros eccleſie cōmendauit:q̄ acceptos paupibꝰ erogauit. Ēſt decius(petiit).ſ.a btō laurētio(theſauros reddi ſibi quātotiꝰ).i.citiꝰ(quos laurētiꝰ diſpſit feliciꝰ erogādo).i.pauperibus diſtribuendo.

¶ Furens ira prenimia
Recurrit ad ſupplicia:
Sperans tormentis flectere
Sanctum dei ſed temere.

Poſtq̄ deciꝰ cognouit theſauros eſſe a laurētio paupibꝰ diſtributos(furēs ira pnimia).i.maxima(recurrit ad ſupplicia).ſ.igerēda laurētio(ſperās flectere).i.inclinare (ſuis tormentis ſanctum dei) ad idola colenda (ſed temere)ideſt ſtulte hoc ſperabat.

Digitized by Google

Tũc laurẽtius iuſſo decii ceſaris ea tẽpeſtate imperãtis (rotatur).i.luertit ad modũ rote in circuitu (ſup ignib⁹) manibus ſcʒ prius (ligatis fune).i.corda vł aliquo ligamine (⁊ queq₃ particula) ſcʒ ſui corpis (ſtridet) i.
craticula. ſonat diuidebãt eñ eius mẽbra (in craticula cãdeſcẽte).i.ignita. craticula diminutiuũ eſt ab hoc noie crates ⁊ eſt inſtrumẽtũ ferreuʒ quo vtimur ad aſſandum. Exodi.xxvii. craticulamq₃ in modum retis eneam.

Ligatis fune manibus
Rotatur ſuper ignibus:
Candeſcente craticula
Stridet queq₃ particula.

Caro ſtridet).i.ſonat aſſando (⁊ crepitat) i.finditur ſeu apitur ↄ ſomno. frequẽta
Crepito. tiuũ eſt a crepo.as. ⁊ (martyr).ſ.laurenti⁹ inſultans).i.gaudẽs ⁊ irridẽs tortores (clamitat).i.vociferaŧ dicẽs (o tortor).i.o carnifex. poterit dirigi ſermo ad decii (gira).i.reuolue me ⁊ (manduca) quia iam aſſaſti vnã partem gira ⁊ manduca aliam: dicit hiſtoria: (nam aſſata ſunt iam corpora.

Caro ſtridet & crepitat
Martyr inſultans clamitat:
Regira tortor corpora
Aſſata ſunt incorpora.

¶ Regira tor. nota etiã q aliter legitur textus iſte.ſ. regira tortor corpa. Aſſata ſunt in corpora.i.interñce ⁊ ſine aĩa relinque. verbũ nãq₃ eſt corporo.as. vnde cõcorporo ⁊ incorporo qd hiſpanice dicitur encorporar qñ vnũ relicto eſſe priori efficitur cum alio vnũ corpus.

Cõcluſio eſt hymni ad laudẽ ⁊ gliã dei q pro ſe paſſis digna repẽdit pmia (gloria ſit xpo regi q pẽſat).i.põderat ⁊ gubernat ordinãdo oia (iuſte ⁊ repẽdit).i.dat pmia digne. ideſt ſecundum merita ⁊ vltra (paſſis pro ſe ſupplicia).i.tormenta ⁊ paſſiones.

Sit chriſto regi gloria
Qui iuſte penſat omnia:
Pro ſe paſſis ſupplicia
Digne rependit premia. Amen.

Carmẽ eſt q̃le ſupius in q̃litate & materia. Et caniŧ ad horas matuti.

Preſentis hymni materia tractat de laudib⁹ btĩ laurẽtii. demõſtrat aũt ei⁹ cõſtãtiã in patiẽdo: interceſſionẽq₃ ei⁹ apud deuʒ petit. dicit ergo. (O mira patiẽtia).i.admirabilis ⁊ laudãda (mẽbra oĩa).ſ. ſancti laurẽtii (torrenŧ).i.aduritur aſſando (tñ ipſe (ſcʒ laurentius (inſultat) ideſt illudit tortoribus (ignibus ſpretis) pro gloria paradiſi.

O Mira patientia
Mẽbra torrẽtur omnia:
Ipſe tamen tortoribus
Spretis inſultat ignibus.

Ignis).ſ.materialis (ſeuit).i.creſcit (exterius).i.extra corp⁹ btĩ laurẽtii: q2 nõ deficiebãt alimẽta (neſci⁹ ſeuire).i. furorẽ immittere. (Int⁹).i.ĩtra corp⁹ ⁊ viſcera ei⁹. nã (alter ignis ſ.ſancti ſpũs interior ⁊ potẽtior) ꝓpter feruorẽ patiẽdi (reſiſtit).i.vincit exteriorẽ igneʒ a perſequentibus ſanctum dei illatum.

Seuit ignis exterius
Intus ſeuire neſcius
Nam reſiſtit potentior
Ignis alter interior.

Tangit breuiter originẽ beati laurẽtii dicẽs (ortus).i.oriũdus fuit btũs lau. (climate hiſpano).i.ex partibus hiſpanie q2 hiſpanus fuit.
Clima. Clima eñ pars terre dr. ſunt aũt ſeptẽ climata diuerſis diſtĩcta noĩbus. vt videre eſt de climatibus in ſpera. vbi multa Ioannes de ſacro buſto (⁊ ſubſiſtit).i.ſtetit rome aduerbialiter.i.in roma (dogmate).ſ.p dogmate hoc eſt eruditione. nã rome eruditus fuit vel pro doctrina fidei chriſtiane extollẽda (⁊ renaſcitur) ideſt iterum naſcitur quantum ad gloriam martyrio partam (laureatus martyrio).i.veluti laureis ſertis martyrio coronatus per decium imperatorem.

Ortus hiſpano clymate
Rome ſubſiſti dogmate
Renaſcitur ſub decio
Laureatus martyrio.

O felix pmutatio.ſ. tpalis vite cum eterna et (martyr felix).i.ſanctiſſimus (in cãbio) ideſt in permutatione vite (qui gaudet pre-

O felix permutatio
Felix martyr in cambio

Digitized by Google

Qui pro breui ſupplicio
Eterno gaudet premio.

℄ Martyr dei laudabilis
Nobis adſis placabilis:
Vt apud regem glorie
Per te ſit locus uenie.

mio eterno)i. glīa ꝑpetua(ꝓ breui ſupplicio) i. ꝓ breui tormēto.nā qd̄ putat̄ hic eē ſiue pene ſiue glīe momētaneū eſt.pſic aūt celeſtis qs enarrare valeat q̄nta ⁊ qualꝫ etnū durabilia ſunt gaudia.hec Gregori⁹ ſup Lucā. xiiii. Gregori⁹.
❧ Eiuſdē ſcti laurētij glīoſam interceſſionem imploramus.(O martyr dei laudabilis tu adſis nob̄ placabilis).i.placid⁹ ⁊ mitis. i. faueto nobis(vt locus venie).i. pctōrum remiſſio ſit nobis apud regem glorie ſempiterne qui eſt ieſus xp̄s filius dei.

℄ Carmen eſt quale illud primo dictum. Canitur in feſto diui martini: cuius laudes proſequitur.

REx chriſte martini decus
Hic laus tua tuillius:
Tu nos in hunc te colere
Quin ipſum in te tribue.

¶ Auctor cōmēdat ⁊ laudat deū de cōuerſione ⁊ habitu bt̄i martini: q2 hic paup ⁊ modicus celū diues ingredit̄ q2 ꝑ ꝯſtātiā fidei ⁊ cōfeſſionē trinitatis tria corpa mortuoꝝ quoꝝ anime detinebant̄ clauſe in inferno reſuſcitauit.rogat itaqꝫ dn̄m: vt ſicut ꝑ ꝯfeſſionem ſcē trinitatis tres mortuos ſuſcitauit ab inferno: ita ſuſcitet nos a pctō: ⁊ ſicut induit pauperem parte ſue clamidis: ſic nos induat iuſtitiā. (O xp̄e rex)eterne(decus).i.honor martini(iſte).i.martinus(eſt tua laus tu es laus illius)martini tui(tribue nos colere te in hōc).ſ. martinum(quin).i.inſup tribue nobis ip̄m martinū colere in te xp̄o.

℄ Qui das per orbis cardines
Quod gemma fulget preſulum:
Da quos premunt culpe graues
Soluat per ingens meritum.

❧ Tu q̄ das ꝙ martinus(gēma) exiſtēs ꝓſulum ep̄orum ⁊ ſacerdotum(fulget).i.ſplendet(per cardines).i.ꝑ angulos(orbis)ideſt ꝑ q̄ttuor partes mūdi(da).i. ꝯcede vt martin⁹ ſoluat ꝑ igēs meritū nos(qs graues culpe).i. criminalia pctā(p̄mūt).i.detinēt.

℄ En pauper hic & modicus
Celum diues ingreditur:
Celico cohortes obuiant
Lingue: tribus: gentes: ouant.

❧ En.i.ecce(hic.ſ.martin⁹)paup ꝑ diuitiꝭ(⁊ modic⁹).ſ.in ꝑſona corpis(diues)in v̄tutib⁹ exeūdo de mūdo(igredit̄ celū cohortes).i. exercit⁹ celi obuiāt ei ligue.ſ.oēs trib⁹ iſrl̄ in dei(gētes).i.gētiles(ouāt).i.applaudūt.

℄ Vt uita fulget tranſitus
Celis & aruo ſplendidus:
Gaudere cunctis pium eſt
Cunctis ſalus ſit hic dies.

❧ Vt ꝓ ſicut(ſicut vita)illi⁹(ſic trāſitus) i.obitus ei⁹(fulget).i.reſplēdet(celis).i.in celo(⁊ in aruo).i.in terra ſeu in mūdo.tranſit⁹ dico(ſplēdidus)⁊ ideo q2 fulget(piū eſt gaudere cunctis)hoībus(⁊ hic dies).i.hoc feſtuꝫ ſit ſalus cunctis.

℄ Sit trinitati gloria
Martinus ut confeſſus eſt:
Cuius fidem per opera
In noſmetipſos roboret.

❧ Sit glīa trinitati.ſ.pr̄i ⁊ filio ⁊ ſpūi ſcto (vt ꝓ ſicut.ſicut martin⁹ ꝯfeſſus eſt).ſ. fide ⁊ opē fidē cui⁹ martini.⁊ ipſe deus roboret in nobis.

ARtine par apoſtolis
Feſtum colentes tu foue:
Qui uiuere diſcipulis
Vis aut mori nos reſpice.

IN hoc hymno cōmendat auctor beatū martinū ꝑ ꝯſtantiā fidei ei⁹ quā habuit in ſuſcitatiōe triū mortuoꝝ.(O martine par apl̄is).i.equalis ſuſcitatiōe mortuoꝝ triuꝫ q2 tres mortuos ſuſcitauit vt apl̄i: ⁊ q2 globus igneus.ſ.ſpūſſctūs deſcēdit ſup eū(tu foue).i. reſuſcita a pctō(colētes tuū feſtū q̄ vis viuere aut mori diſciplis).i. ad vtilitatē diſcipl'oꝝ: q2 nec mori timuit: nec viuere recuſauit.vnde ⁊

Digitized by Google

ꝛ ipſe effundẽs orõnẽ apꝺ dñm ait. O dñe ſi adhuc pplo tuo ſũ neceſſitas nõ recuſo laborẽ fiat voluntas tua. q: nec viuere nec mori recuſaſti. ideo (reſpice nos) vt tuis meritis ꝛ pcibus mũdo corde ꝛ caſto corpe exiſtẽtes: aulã celi igrediamur: ſicut feciſti in tpe tuo p̃latos eccleſie famulos.

O martine fac. i. effice nũc hoc preſenti tpe. ſ. nos eẽ iuſtos qđ geſſeras. i. feceras (olim) pdicando clarifica. i. illumina (nũc pſules eccleſie). i. p̃latos (auge decus ecclie ꝛ relide). i. frange vel reprime (fraudes ſathane). i. diaboli aduerſarij.

Fac nunc quod olim geſſeras
Nunc preſules clarifica:
Auge decus eccleſie
Fraudes relide ſathane.

Tu q euiceras ꝓ euiceraſti. ſ. euacuaſti (chaos) i. infernũ (ter). i. tres mortuos ſuſcitaſti: tu q ter intraſti in īfernũ reſuſcitãdo tres mortuos (ſuſcita nos merſos). i. mortuos (reatu). i. culpa ꝑ pctm p̃mi parentis. ſ. ade ꝛ propria culpa vt ꝓ ſicut (diuiſeras clamidẽ) pauperi indue nos iuſtitiam.

Qui ter chaos euiceras
Merſos reatu ſuſcita:
Diuiſeras & clamidem
Nos indue iuſtitiam.

O martine ſubueni. i. ſuccurre (monaſtico ordini). i. ordini monachoꝝ (iã lapſo). i. relapſo in pctis pene. i. fere. ꝛ ad qđ vt recorderis quondã tue ſpũalis gĩe.

Vt ſpiritalis glorie
Quondam recorderis tue:
Monaſtico nunc ordini
Iam pene lapſo ſubueni.

Carmen eſt quale illud pange lingua. Canitur ad horas ueſpertinas in feſto beate catharine: ad quod celebrandum nos incitat: & martyrium deſcribit.

Preſens hymnꝰ ꝓ materia ſeruat nos p̃mũ incitare vt corde ꝛ ore debita reuerentia collaudemꝰ bte v̾ginis catharine merita deinde deſcribere eiꝰ martyriũ ꝛ ↄſtãtiam in patiẽdo demõſtrare. necnõ miracla ab ea in eadẽ paſſiõe celebrata. dicẽs (collaudemꝰ). i. nos oẽs xp̃icole ſimul laudemus (inſignia). i. merita vel rep̃ſentatiões v̾tutũ catharine (ꝛ p̃ſentemꝰ). i. offeramꝰ ei (obſeq̃a). i. ſeruitia: laudes ꝛ reuerentiã (cordis ꝛ oris). i. corpis ꝛ aie nr̃e (vt reportemꝰ ab ipſa laude. ſ. nr̃a) premia (equa). i. ↄdigna nã in pſona eccleſie loquit̃ cuiꝰ laus pfecta eſt. vel dic ab ipſa. ſ. catharina. Nomẽ aũt ꝛ parẽtes ꝛ multa alia de bt̃a catharina videre cupientes remittimus ad cathalogũ ſanctoꝝ ꝛ ſeq̃tur diſcurſus. Catharina p. a. ꝛ nõ p. c. a catharos qđ eſt purus vel catharizo purifico legendũ eſt nõ aũt. q. vniuerſoꝝ ruina vt ille fabulatus eſt q ſcripſit librum qui đr legenda aurea.

CAtharine collaudemus
Virtutum inſignia
Cordis ei preſentemus
Et oris obſequia
Vt ab ipſa reportemus:
Equa laude premia.

Catharina fulta. i. p̃munita (fide). ſ. xp̃i (nõ formidat). i. nõ timet (iudi. maxẽ.). i. ipatorẽ maxentiũ cęſarẽ ea tẽpeſtate rome imperãtẽ. ſi aũt maxẽtiꝰ q rome a p̃torianis militibꝰ auguſtꝰ appellatꝰ ẽ. vl̃ maximinꝰ: q i oriẽte ↄtra xp̃ianos tyrãnidẽ exercebat. vel ↄſtãtinꝰ: q ex traditiõe paterna impium ſumpſit fuerit: ſub quo martyrizata ẽ catharina: adhuc ſub iudice lis eſt. q: hi tres ſcđm cronicas tũc tpis impabãt. Sꝫ maxẽtiũ tenet eccleſia. nã. ſ. (lex diuina). i. xp̃s quẽ in pectore ꝓ clipeo geſtabat catharina (ſic firmat). i. fortificat eloquiũ catharine (q ↄfutat coram impatore). i. vincit ꝛ ↄfuſos facit ex doctrina. ſ. coꝝ hoc eſt ex pncipijs philoſophie. vel ex doct. euãgelica (doctores gẽtiliũ) quos adduxerat impator vt diſputarẽt cũ catharina. Erãt aũt qnq̃ginta

Fulta fide catharina
Iudicem maxentium
Non formidat lex diuina
Sic firmat eloquium.
Quod confutat ex doctrina
Doctores gentilium.

Digitized by Google

q̄ in ſapientia mūdana oēs mortales excellebāt ⁊ venerant ex diuerſis ꝓuincis immenſa mūera accepturi ſi catharinā vincerēt. fuerūt tñ victi ab ea ⁊ ꝯuerſi ad dñm vt ſequitur.

Victi chriſtum confitentur
Relictis erroribus
Iudex iubet ut crementur
Nec pilis aut ueſtibus
Nocet ignis & torrentur
Inuſtis corporibus:

Victi .i. ſ. doctores illi a catharina (ꝯfitent̄ xp̄ꝫ ⁊ hoc erroribꝰ ſuis relictis). i. ꝓ xp̄o ſpretis deoꝝ ſuoꝝ culturis ⁊ ꝓpterea (iudex) ſcꝫ maxentiꝰ (iubet vt cremēt). i. ignibꝰ tradant̄ in medio ciuitatꝫ (⁊ nec ignis nocet pilis eoꝝ) vel pillis ꝓ capillis aut veſtibꝰ q2 nec veſtes cōburebāt̄ ⁊ (tñ torrēt̄). i. ꝓ xp̄o cremātur et martyres efficiunt̄ (corpibꝰ). ſ. eoꝝ (inuſtis). i. nullo igne tactis. q2 vt refert hiſtoria p̄ dei p̄ſeruationē flāmis iniecti ſine leſiōe aīas dño reddiderunt.

Velut aurum comprobauit
Fornacis aduſtio
Nam quos foris conſeruauit
Chriſtus ab incendio:
Coxit intus & purgauit
Fides & confeſſio.

Proſequit̄ explicās q̄liter fuerunt illeſi doctores ab igne exteriori: nō tñ ab interiori ſcti ſpūs. dicēs p̄ cōparationē qḋ (aduſtio fornacis). i. icēdiū cōprobauit doctores illos (velut). i. ſicut auꝝ ꝓbat̄ i igne nā fides ⁊ ꝯfeſſio ſuoꝝ erroꝝ vel ſcte ⁊ idiuidue trinitatis: qua mediante tūc baptizati fuerunt baptiſmate ſanguinis q2 triplex ē baptiſmuꝫ ſ. fluminis. ¶ Triplex flaminis ⁊ ſanguinis. (coxit ⁊ purgauit) .i. itra pectꝰ (qs xp̄s ꝯſuauit). i. liberauit foris ab baptiſmꝰ, incēdio corporeo. q2 eoꝝ corpa incōbuſta: poſt fuerūt ſecrete ſepulta a xp̄ianis.

Poſt hec blandis rex molitur
Virginem ſeducere:
Nec promiſſis emolitur
Nec terretur uerbere:
Compeditur cuſtoditur
Tetro clauſa carcere.

Poſt hec ideſt poſt martyrium doctorum rex ſcilicet maxentius (molitur ſcꝫ tribꝰ viis. blanditiis. promiſſionibus. verberibꝰ.) ideſt procurat ⁊ preparat (ſeducere). i. ſubuertere (virginem) ſcilicet Catharinam blādis ſcilicet verbis ſed (nec emolitur). i. delinitur ⁊ mouetur a fide chriſti. promiſſis. i. policitationibus regis. dixit enim rex. ſacrifica diis ⁊ eris vxor mea: ⁊ veluti dea adoraberis (nec terretur verbere). i. tormento: quia ſimiliter dixit rex amittes caput. cui ipſa. fac quecunq3 animo concepiſti tuo. ſequitur (compedit̄.) i. compedibus ligatur ⁊ clauſa. i. recluſa. car. te. i. obſcuro (cuſtoditur) ideſt a militibus obſeruatur et per duodecim dies fame cruciatur.

Hic rex fuit & tabeſcit
Nec intra ſe capitur
Quod nox ibi noctem neſcit:
Nox in diem uertitur
Soli turba multa creſcit
Ieiuna reficitur.

Hic. i. tūc cum ſe rex videret illuſum (furit). i. furore incitat̄ ⁊ (tabeſcit). i. pturbat et ira maxima corrumpit̄ (⁊ nec capit̄ intra ſe) i. a ſenſu deficit propterea (quod nox). i. obſcuritas noctis (neſcit noctem). i. non habet obſcuritatem ibi. in carcere Catharine. ⁊ fuit etiam q̄ nox vertitur in diem quia ita erat clara ac ſi eſſet dies. ingreſſa namq3 regina illam ineſtimabili claritate fulgentem et angelos eiꝰ plagas purgātes inuenit (multa turba). ſ. angeloꝝ ⁊ v̄ginū (creſcit). i. accreſcit ſoli. ſ. catharine ⁊ (ieiuna reficit̄). i. faciat̄. naꝫ p̄ eos dies miſſa de celo cādida colūba: celeſti eā paſcebat alimento.

Claude lumen ne claudatur
Illucet porphirio:
Qui regine federatur.

Porphiriꝰ fuit hic princeps militū vir nobilis: conſilioꝝ regis intimus cuſtos: et ſolatiū in laboribus ipſius imperatoris ⁊ declinatur porphirius. ū. nā porhirio. onis. ꝓ auc ⁊ ꝓ cōmētatore horatij tñ. ergo (ne lumen)

i.ne vita vel dic(ne lumẽ).ſ.celeſte(claudatur clauſe).ſ.catharine.ſine teſtimonio illius rei ⁊ miraculi oſtẽſiõe(clucet)alias illucet etiã porphirio cũ regina.nã ambos ↄuertit Catharina ad fidẽ xp̄i. hoc eſt anteꝙ moreretur catharina:vel lumẽ celeſte recederet ab ea:ad ↄfirmationẽ ꝟitatis quã p̄dicabat catha.cõuertit̃ porphiri⁹ ad veꝝ deũ cũ ducẽtis aliis(q̃ federat̃).i.ↄiſigit̃ regine collegio.i.ſocietati fidei.ↄiungit̃ regine.intellige vxorẽ impatoris q̃ abſente marito amore catharine ſubẽſa cũ porphirio ad carcerẽ ꝟginis acceſſit media nocte ⁊ cũ clarã ⁊ angelis ſociatã inueniſſet: vt ſupra diximꝰ.a catharina ↄuerſa eſt ad xp̄m:cũ porphirio ⁊ ducẽtis militibꝰ eiꝰ:veniẽte cũ marito extractis p̄us mãmillis cũ militibꝰ eſt decollata(quoꝝ fidẽ).ſ.regine ⁊ porphirii (ↄcio).i.copia ducẽtoꝝ viroꝝ imitat̃.i.ſeq̃t̃.

Cõcluſio eſt totiꝰ hymni q̃ exẽplo ſupradicte ↄciõis admonemur ſupare vitia vt letemur cũ bonis nos ergo exiſtẽtes.ſ.(cõcordes).i.vnanimes(ↄſtãtia).i.ꝓpter ↄſtantiã huiꝰ ↄciõis ſupradicte in tollerãdis tormẽtis (ſupemꝰ vim).i.ipetũ(mũdãe paſſiõis) patiẽtia pari.i.ſiſi patiẽtia vt letemur pariter cũ bonis in gloria p̄ infinita.ſ.ſ. Amen.

ℭ Huius ergo concionis
Concordes conſtantia:
Vim mundane paſſionis
Pari patientia
Superemus:ut cum bonis
Letemur in gloria. Amen.

ℭ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur in eadẽ feſtiuitate ad horas matutinas & in eadem materia uerſatur.

¶ Hymnꝰ iſte ↄtinuat̃ cũ ſupiori ⁊ p̄mo p̄ponit in ciuitate decãtare martyriũ ꝟgis. Scdo illd deſcribit. tertio ſuffragia implorare nos hortat̃ catharine ꝟginis dicẽs(o ligua).ſ.militie xp̄iane(pange).i.manifeſta:vel deſcribe aut cane vel tanꝙ tuba exalta vocẽ laudando(martyriũ ꝟginis glo.).ſ.catharie (iubar) i.maieſtas vel ſplendor diuinus (gemme precioſe(.i.catharine.vel potius xp̄i ieſu eiꝰ ſpõſi.nã licet iubar ſit ſtella que ante ſolis ortũ

Iubar.

naſcitur.ſ.lucifer dicta qd iubata appareat.⁊ claritas ſolis vel alicuius ſyderis.⁊ ſumat̃ ꝓ ſplẽdore auri vel alicuiꝰ rei.tñ ꝓ xp̄o melius ſumit̃ vt in hymno ſcti ioãnis. Iubar aſſuturũ.i.xp̄m (deſcendat in medium vt illuſtret).i.clarificet(domicilium).i.habitationẽ mentis nr̃e ſ.tenebroſe.i.obſcure aĩe clauſe in corpore ſubdito peccatis.

Pange lingua glorioſe
Virginis martyrium:
Gemme iubar precioſe
Deſcendat in medium:
Vt illuſtret tenebroſe
Mentis domicilium.

Incipit pãgere mr̃ꝟriũ. Virgo.ſ.catharina(iã attrita).i.fatigata penis. q2 p̄ius in carcere fuit ⁊ ſpoliata ſcorpiõibꝰ ceſa fuerat (p̄ſentat̃ patibulo).i.tormẽto rotaꝝ. erat enĩ

Patibulũ catharine.

inſtrũm q̃ttuor rotaꝝ ſeris ferreis:⁊ clauis acutiſſimis circũſeptũ talr̃ qd due vno ordine alie ꝟo ↄtrario ĩpetu agerẽt̃. vt dorſuz dilacerarẽt̃ corpa ſup ĩpoſita(p̄ſtat̃ dico p̄munita ſignaculo fide).i.ſigno crucis xp̄i ⁊(flectit genu)hũilit̃ ⁊(orat ita).i. hmõi oꝛonẽ facit ad dñm (pp̄lo circũſtãte).i.exiſtẽte circum.

ℭ Virgo penis iam attrita
Rotarum patibulo:
Preſentatur premunita
Fidei ſignaculo:
Genu flectit orat ita:
Circunſtante populo.

Sequitur oꝛo beate catherine.⁊ ſubaudi o deꝰ ſuppliciter exoro(vt ↄfirmes).i.ratam facias(ſpem tuoꝝ)ſcz ſeruoꝝ hoc eſt meam ⁊ eoꝝ quos ad te cõuerti. vt nullius ſit irritũ votũ nec vacua poſtulatio(⁊ honorem nois) ſcz tui(⁊ elidas).i.cõfrigas diſſipes ⁊ dẽſtruas

ℭ Vt confirmes ſpem tuorum
Et honorem nominis:
Et elidas ſuperborum

Vim uirtute numinis:
Struem deus hanc lignorum
Ictu frange fulminis.

vim.i.virtutẽ ⁊ poteſtatẽ ſupbor.i.tyranoꝝ ſi me perſequentium virtute numinis.i.voluntatis tue ⁊ poteſtatis.numen licet multipliciter ſumatur:ꝓprie tamen volũtas dei eſt vt verg. Nõ hec ſine numine diuũ eueniũt.i. ſine voluntate.exoro etiã o deus(frange).i.vt frangas(ictu).i.violentia ⁊ impetu(fulminis) i.ignis venientis e celo(hanc ſtruem lignorum)hanc machinam rotarum ſiue tormentũ (ad laudem)vcꝫ tui nominis ⁊ circunſtantis ppl'i ꝯfirmationem in fide. Numen. Vergili⁹

Ⅽ Mox completur mox iunctura
Rotarum diſſoluitur:
Aſtans molis ex preſſura
Populis pars territur.
Pars baptiſmum ſuſceptura
Virgini coniungitur.

Mox.i.ꝯtinuo(completur).i.perficitur quod in oratione petiit ⁊(mox iunctura).i. compoſitio rotarum(diſſoluitur).i.frãgitur (pars molis pop.)ideſt remiſſa flexibilis atqꝫ tenera(aſtans).i.pñs(territur ex preſſura).i.ex anguſtia ⁊ timore concutitur ſiue ex diuiſione rote que quattuor milia hominũ interemit(⁊ pars)ſcilicet pop.ſuſceptura baptiſmum coniungitur virgini vt ab ea baptizarentur.

Ⅽ Fide fides occultata
Regis uxor emicat:
Deos regis exprobata
Chriſtum regem predicat
Tortis mammis cruciata:
Spe conſtanti dimicat.

Tũc regis vxor appoſitio(fides occultata fide)q: vt refert hiſtoria vſqꝫ tũc ſe celauerat(emicat).i.ſplẽdẽs ⁊ micãdo deſcẽdit ea eñ deſup aſpiciebat exprobata.i.q̃ exprobauit ⁊ deteſtata eſt(deos regis).i.idola mariti ſui(p̃dicat xp̃m regẽ).ſ.verũ deũ eſſe(⁊ cruciata mãmis tortis).i.a pectore euulſis iuſſu regis mariti ſui(dimicat) ideſt pugnat pro Chriſto(ſpe conſtanti)ideſt firma in propoſito ⁊ fide Chriſti a beata Catharina ſuſcepta.¶ Recte poterit eſſe fide fidens occultata ⁊ ego vidi textum ⁊ quadrat ſenſus ſed melius fide videns occultata.

Ⅽ Decollari cum iubetur
Caput effert gladio:
Petit ſibi ſuffragetur
Virginis oratio:
Et defectu ne fraudetur
Palme ſuo premio:

Cum regina iubetur a rege decollari poſt extorſionem mammillarum(offert)ideſt dat caput gladio(⁊ petit vt oratio virginis Catharine ſuffragetur) ideſt ſuccurrat ſibi veluti apud deum interuentrix(ne fraude.)ideſt priuetur ſuo premio ideſt laureola glorie.defectu palme ideſt propter defectum certaminis aut martyrii ſui quia non tam velox ⁊ tam hilaris currebat ad martyrium vel hoc dixit timẽs ne deficeret:ideo rñdit catharina,ne timeas dilecta a deo q: hodie ꝓ trãſitorio regno mutuabiꝭ eternũ:⁊ ꝓ mortali ſpõſo tibi immortalẽ acqres.

Ⅽ Huius & nos imploremus
Deuote ſuffragia
Mentes ita confirmemus
Catharine gratia:
Vt regine corregnemus
In celeſti patria. Amen.

Vltima pars hymni.in qua exhortamur ſuffragia beate virginis catharine implorare.(nos ergo implore.deuote) ideſt humiliter petam⁹(ſuffragia)ideſt auxiliũ hui⁹ ſcilicet Catharine ⁊ ita ideſt taliter (confirmemus) ideſt fortificemus et confortemus: (mentes)ſcilicet noſtras gratia Catharine: (vt corregnemus)ideſt ſimul regnemus (in celeſti patria)ideſt in gloria (regine) ſcilicet Catharine quia Regina erat Coſti regis filia vel regine dic potius q̃ referatur ad vxorẽ regis maxentii:de qua eſt ſermo in promptu.

Digitized by Google

℄ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad laudes matutinas in feſto beate catharine: proſequitur ſicut ſuperiores hymni.

Preſens dies expandatur
In eius obſequium:
Cuius uirtus dilatatur
In ore laudantium:
Si geſtorum teneatur
Finis & initium.

¶ Ad p̄cedentes ad p̄ſens hymn⁹ nos hortatur agere. vcȝ decātare martyriū ꝛ laudes b̄te catharine dicēs (p̄ſens dies expādat̃). i. ꝯſumatur in obſequium. i. in gl̄iam: laudem ꝛ ſeruitiū (ei⁹). ſ. catharine (cui⁹ v̄t⁹ dilatat̃) i. extendit̃ ꝛ mltiplicat̃ (in ore laudātiū) i. eius laudes decantantiū (ſi finis ꝛ initiū geſtoꝝ) i. operꝫ ei⁹ (teneat̃). i. noret̃ hoc eſt ſi ſeries ꝛ ordo toti⁹ hiſtorie b̄te catharine ab initio ad finem vſq; ꝯſideretur.

℄ Verbo uite ſolidatus
Proſilit porphirius
Cum ducentis decollatus:
Migrat palme ſocius
Catharine cruciatus
Maturat maxentius.

Porphirius hic ſepeliuit reginā vxorē imp̄atoris ſecrete. q̄ſtiōe th̄ facta ob eā cauſam multos ad ſuppliciū ꝑtrahi fecit imp̄ator ſed porphiri⁹ ꝓſilīēs in mediū exclamauit dicēs. ego ſuꝫ q̄ xp̄i famulā ſepeliui ꝛ fidē xp̄i recepi. tūc imp̄ator iuſſit eū decollari. inq̄t ergo (porphi. ſolidat⁹). i. fortificat⁹ ꝛ munitus (v̄bo vite ꝓſilit). i. in mediū venit ad moriēdū ꝓ xp̄o ꝛ (decollat⁹ eſt cū ducētis). ſ. militib⁹ ſuis q̄ ſe eſſe xp̄ianos ꝯfeſſi ſunt (ꝛ migrat). i. trāſit de vita p̄ſenti (ſoci⁹ palme). i. martyrū. ex q̄ (maxēti⁹ imp. maturat). i. mature parat (cruciatus). i. tormēta catharine.

℄ Imminente paſſionis
Palma hec interſerit:
Aſſequatur ieſu bone
Quod a te petierit:
Suo quiſquis in agone
Memor mei fuerit.

Palma ideſt corona vel martyrio paſſionis (imminente) ideſt appropinquante iā. (inter). i. proponit ſeu introducit hec que ſequuntur (o ieſu bone q̄ſq̄s fuerit memor mei in ſuo agone). i. in ſua morte vel tribulatione aut neceſſitate (aſſequat̃ qd̄ a te petierit) me intercedente. hec autem ōrō ſtatim exaudita a deo reſponſum fuit ab angelo. Ueni dilecta ſponſa mea tibi ianua celi eſt apta veni coronaberis. ꝛ hīs q̄ te inuocauerint optata p̄ſidia ꝓmitto.

℄ In hoc caput amputatur
Fluit lac pro ſanguine
Angelorum ſubleuatur
Corpus multitudine:
Et ſinay collocatur
In ſupremo culmine.

In hoc. i. interea temporis vel inter ipſam orationem (caput). ſ. catharine amputatur ideſt aufert̃ (ꝛ lac fluit). i. emanat ꝓ ſanguine. i. loco ſanguinis (ꝛ corpus ſubleuatur) ideſt rapit̃ ꝛ eleuat̃ multitudine angelorum ꝛ collocatur hoc eſt ſepelitur in culmine ſup̄mo. i. in ſummitate ꝛ vertice alto montis ſinay: ſina mons eſt eminētiſſim⁹ in arabia de quo ap̄ſus ad gal. iiij. ſina mōs eſt in arabia q̄ ꝯiunct⁹ eſt ei q̄ nūc eſt ierl̄m ꝛ ſeruit ꝛc̄. hoc noīe vrbs meſopotanie nūcupat̃.

Spina.
Ap̄ſus.

℄ Hec declarat hec explanat
Meritum uirgineum
Quod ex eius tumba manat:
Inceſſanter oleum
Cuius uirtus omnis ſanat
Langoris aculeum.

Hec ſcilicet res declarat. i. aperit (ꝛ hec explanat) ideſt manifeſtat (ꝛ melius eēt hoc in vtraq; parte. (meritum) ideſt excellentiaꝫ (virgineum). i. virginis catharine (qd̄ oleum manat inceſſanter). i. ſine ceſſatione (ex tumba). i. ex ſepulchro eius (cuius v̄tus ſanat aculeum). i. punctionem ſeu dolorē (oīs lāgoris). i. totius infirmitatis corporee.

Digitized by Google

¶ Vim doloris corporalis
Vt hec ſanat unctio:
Sic liquoris ſpiritalis
Mundet nos infuſio
Et eterno temporalis
Dolor cedat gaudio. Amen.

¶ Et hec vnctio ſanat vim ideſt violentiam ⁊ penam doloris corporalis ſic infuſio: ideſt aſperſio (liquoris ſpiritalis) ideſt ſpūs ſancti qui concipitur ex anima noſtra (mundet) ideſt purget nos a peccatis ⁊ (dolor temporalis) ideſt corporee infirmitatis (cedat) id eſt obediat (gaudio eterno) vl̄ poti⁹ dic cedat ꝑ recedat gaudio eterno. ſ. veniente vt ſicut vnctiōe corꝑali ſanant̄ infirmitates corpis. ita ꝑ interceſſionem bt̄e catharine infuſione ſpūali ſanentur vitia. Amen.

¶ Carmen eſt quale illud chriſte redemptor omnium. Canitur ad horas ueſpertinas in feſto beati Andree Apoſtoli. Cuius martyrium deſcribit: & petit ut noſtrarum precum ſtet exauditor.

Gaude ſacrata meritis
Andree tellus inclyti
Geſta reuoluens aurea
Quis petas ad celeſtia.

¶ Sacratiſſimi hymni p̄ſentis materia ē de laudib⁹ glioſiſſimi apl̄i andree tractare: cuius miracula ⁊ martyriū deſcribit. petitqꝫ ꝑ eius interceſſiōem nr̄as p̄ces exaudiri a dō. dicit igit̄. O tellus ex q̄ oriūdus fuit ādreas vel intellige achayam (ſacrata). i. cōſecrata meritis andree apl̄i (inclyti). i. nobiliſſimi qd ſit inclytus vide ſupra (gaude). i. letare ꝓpter eū patronū ⁊ interp̄tatur andreas decorus ſiue virilis ab ander qd eſt vir. (reuoluens). i. recenſens: geſta. i. opa aurea. i. miraculoſa andree (qs). i. qbus (petas). i. eas (ad celeſtia) ideſt ad celum. ſicut ipſe beatus andreas. alias. que ſpectant hoc eſt que geſta habent reſpectum ad celeſtia ideſt potius diuina quam humana ſunt. Andreas vnde

¶ Ortus iſraelitica
De gente legi ſubdita:
Qua patriarche ſplendida
Fulſerunt & fit deica.

¶ Ortus ſcꝫ fuit andreas de gēte iſraelitica. i. ex populo iſraelitico (ſubdita) ideſt ſubiecta legi hoc eſt obediente ſancta ⁊ timoroſa. qua ideſt in qua (ſplendida) ideſt clara (patriarche) ideſt ſancti veteris teſtamenti. (fulſerunt) ideſt ſplenduerunt. ⁊ fit ſcꝫ modo propter beatum andream (deica). i. diuina deo dicata.

¶ Germanus & clauigeri
Celeſtis aule extitit:
Carnali tam propagine
Quam paſſionis genere.

¶ Extitit ſcilicet beatus Andreas. i. fuit Germanus. i. frater: nam germanus: ex eadē German⁹
tantum genitrice eſt teſte Varrone: tamen frater.
confunduntur ⁊ poetarum eſt: frater vo oratorum (clauigeri). i. Petri apoſtoli clauicularij (celeſtis aule). i. paradiſi (tā ꝓpagine). i. generatiōe carnali. quā genere. i. imitatiōe paſſiōis qr vterqꝫ crucē ſubijt ꝓ xp̄o.

¶ Viteqꝫ ſpargens ſemina
Pellebat procul delubra:
Egeam purgans lauacro
Plebem ſacranſqꝫ domino.

¶ Spargens. ſ. ſctīs andreas. i. extendēs multiplicanſqꝫ (ſemina vite). i. doctrinā xp̄i que eſt verbum dei (pellebat) ſimplex ꝓ cōpoſito. i. expellebat procul deteſtando (delu- Delubrū
bra) ideſt deos. ſeu idola gentilium. aut delubra. ideſt templa vel loca ipſis idolis dedica Hierōim⁹
ta. nam ſecundum Hieronymum ſuper Io- Vergili⁹
hel. Delubrum pro templo ponitur. inquit enim. vniuerſa donaria in delubro eius conſecrarunt. ⁊ Vergilius. qd delubra iuuant (purgans). i. lauans ſeu potius lauare cupiēs egeā pro conſulem (lauacro). i. in fonte baptiſmatis (qꝫ) ꝓ ⁊ (ſacrans). i. conſecrans et mundans plebem domino.

Digitized by Google

Deſcribit hymnus miraculum a beato andrea factū dicit eñ (andreas ſcilicȝ tulit). i. abſtulit (e faucibus mortis). i. ab ipſa morte namiam erant ſuffocati (quaterdenos) ſcilicet iuuenes qui venerant nauigio: vt audirēt doctrinam apl̄i. ꝛ a diabolo ꝑ concitationē maris ſuffocati ſunt (exanimes) ideſt iam mortuos alibi iuuenes ꝛ non exanimes (eiectos) ideſt expulſos (a fluctibus maris ꝛ donauit) eos. ſ. (vſib⁹ vite). i. dedit vitā ſuſcitādo eos.

℄ Denos quater exanimes
Eiectos maris fluctibus:
Mortis tulit e faucibus
Vite donauit uſibus.

Et q2 in reſurrectione. xl. viroꝝ copioſa ppl̄i mltitudo creſcebat: baptiſmū recipiēdo ꝛ vxor egee erat iā ꝯuerſa ad xp̄ȝ (tulit). i. ptulit ādreas (ſuſpēdiū). i. ſuſpēſionē crucis. nam ſuſpēdiū ꝓ ſuſpēſiōe ponit. vel ſuſpēdio vitā finiuit. i. pēdēdo interfect⁹ eſt egea. i. ꝑ egeaȝ ꝓ ꝯſulē ſu. (ꝯtra dn̄m) tn̄ biduo viuēs in cruce multos ꝯuertēs (reddidit). i. emiſit ſpm̄ celo. i. ad celū ꝛ hoc egea ꝓ con. adhuc ꝛ contra dn̄m furente.

Suſpēdiū

℄ Egeaq; proconſule
Furente contra dn̄m:
Crucis tulit ſuſpendium
Reddidit celo ſpiritum.

Petit deniq; ei⁹ interceſſionē o agie. i. o ſcte andrea. agios dr̄ ab. a. qd̄ eſt ſine ꝛ gis vel geos qd̄ eſt terra q̄ſi ſine terra aut pur⁹. ꝛ dr̄ latine agi⁹. a. um. i. ſctūs. a. ū. (ꝑcamur te nūc ſuſcipe) ideſt vt ſuſcipias) libenter vota noſtra) q; pro et fer ideſt. da. (remedium tollendo) ideſt abſtrahendo a nobis (moles criminum) ideſt moleſtias ꝛ faſtidia peccatorum.

Agios et vnde.
Agi⁹. a. ū.

℄ Nunc te precamur agie
Noſtra libenter ſuſcipe:
Vota ferq; remedium
Tollendo moles criminum.

Laus honor pax ꝛ gl̄ia dicatur ab eccleſia ꝛ ſit trinitati vnice ideſt deo trino et vno (q; ꝓ ꝛ ꝯſtans). i. cōſtantia ſit etiā eterno ſedere. i. per infinita ſeculorum ſecula amen. aut conſtans. i. conſtanter.

℄ Laus honor pax & gloria
Dicatur ab eccleſia:
Sit trinitatiq; unice
Conſtans eterno ſedere.

℄ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas matutinas eiuſdem feſti beati Andree cuius martyrium deſcribit & auxilium implorat.

¶ Martyriū b̄ti ādree ꝛ ea q̄ in eodē ꝯtingere deſcribit p̄ſens hymn⁹: vt nr̄ titul⁹ demonſtrat ꝛ in textu ꝯtinet (ādreas ē apl̄s p̄m⁹). i. ſcd̄s poſt Petrum. ſ. germanum eius (primū principem). ſ. eccleſie. nam ipſe fuit fundamētum eccleſie q2 tu es petrus ꝛ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meā. fuit eñ b̄tūs andreas poſt petrū fratrem vocatus: ꝛ primo poſt eum conuerſus ad chriſtum (predicans verbum). i. doctrinam ſalutis (in ꝓuīcia achaya) ſic dicta. eſt autem achaya regio grecie vndiq; circūſepta mari preterq̄ a ſeptentrione: cuius caput eſt corinthus ꝛ eſt dicta ab acheo. hec etiam vt herodoto placet: danas dicta fuit. vnde achei ꝛ achiui dicuntur greci. Ouidius. Ah quotiens dices quam paup achaya noſtra eſt.

Achaya ꝛ vnde.
Herodot⁹
Ouidius.

Poſt petrū primū principē
Andreas eſt apoſtolus:
Salutis uerbum predicās
In achaya prouincia.

Capt⁹ ſ. b̄tūs andreas (i opido patras) i. in ciuitate patrarū. declinat a ſīt pſe. ax. et eſt ciuitas achaye cui⁹ meminit plini⁹ li. iiij (tradit). ſ. ab egea (carceri diro). i. crudeli et cedit. i. punit (pena ferali). i. mortifera (ꝛ tortor). ſ. egeas vel carnifex eū ꝑcutiēs (calet). i. icēdit (veſania). i. vecordia: crudelitate: ꝛ furia animi īnoc̄ſi īgerēdo penā martyri dei.

Pſe. ax.

℄ Captus in patras opido
Traditur diro carceri:
Ferali pena ceditur
Tortor calet ueſania.

Digitized by Google

¶ Dilaniatus ictibus
Ligno crucis ſuſpenditur:
Biduo uiuens non ceſſat
Fidem docere populum.

Dixerat qđ tortor calebat veſania nã (di laniat⁹).i.dilacerat⁹ ictibus.i.flagellis.q:.xx. hoib⁹ ceſus pri⁹ (ſuſpẽdit).i.crucifigit (ligno) i.i ligno crucis ⁊ (viuẽs biduo).i.ꝑ ſpaciũ duorũ dieꝝ in cruce (nõ ceſſat docere pop.fidẽ).ſ. catholicã.i.inſtruere ppl'z in fide catholica.

¶ Clamor plebis attollitur
Charus deo expoſcitur:
Reddatur iuſtus innocens
Sanctuſq́ bonus queritur.

Quia in cruce poſt⁹ biduo ſupuixerat andreas ideo (clamor plebis) ideſt totius populi (attollitur) ideſt inſurgit ⁊ eleuatur contra egeam (⁊.ſ.charus).i.dilect⁹ deo ⁊ hominibus andreas (expoſcitur).i.petitur a populo ⁊ dico ꝙ.cl.pl.atto.(vt iuſtus et innocens reddatur) ſcilicet populo vel in libertatem redigatur.qꝫ pro ⁊ (ſanctus ⁊ bonus queritur) ideſt inquiritur.ſ.ad eius doctrinam inſequendum. alias bonis ideſt a bonis.

¶ Fallaxq́ ad patibulum
Quaſi ſoluendum properat:
Deuotus martyr in penis
Orat ne arctioribus.

Fallax.ſ.egeas motus querimoniis populi (properat).i.currit (ad patibulum).i.ad crucem in qua ſctũs andreas erat (quaſi ad ſoluẽdũ).i.ad diſſoluẽdũ aplm ⁊ deponẽduꝫ de cruce ⁊ martyr.ſ.andreas deuotus.i.deuote patiẽs ꝓ amore xpi (in penis arctioribus) hoc eſt grauiſſimis ⁊ valde crudelibus: orat hoc eſt orationem facit ad deum: ne ſineret eũ viuum de cruce deponi: niſi prius acciperet ſpũ eius. hanc orationem tradit augu.li.de penitentia. hic verſus cum ſequenti eſt ligat⁹.

¶ Loris reſoluat impius
Diuini indeptus muneris:
Frater inſtigat iurgiis
Iuſtiſq́ querimoniis.

Dico ꝙ aplus orat dñm ne egeas (impius reſoluat).i.diſſoluat ⁊ tollat euꝫ (loris).i. ex ligaminib⁹ illis qbus ligatus pẽdebat in cruce (poteris modo dicere arctioribus quia hic verſus vt dixi cũ ſupiori ligatus eſt) ppl's tñ volebat eũ deponere: ſed oratiõe facta nubes circũfulſit eũ: ⁊ migrauit ad dñm. tũc maximilla vxor egee ſepeliuit eũ honorifice. ex ei⁹ aũt monumẽto mana expirat. egeas vero domũ rediẽs: a demõib⁹ arrept⁹ expirauit. ⁊ tũc frater egee noie ſtratocles (indeptus).i.particeps (diuini muneris) vel potius dic indept⁹ ⁊ aſſecut⁹ partẽ.ſ.diuini muneris. Indept⁹ aũt ne te lateat lector. ab indepiſco.is. vel indepiſcor eris. naſcit qđ eſt vſurpo. aſſequor. adepiſcor plautus in aul'. Nec partẽ tibi ab eo cui ſit indepiſces neqꝫ furẽ excipies. hinc etiã indepto.as. frequẽtatiuũ. Varro. Neptẽ aliquã indeptauit hereditatis. indeptus ergo.q.iam ſpiritu ſancto illuminatus (inſtigat).i.ꝓperat ad fratrem (iurgiis) ideſt reprehenſionibus (⁊ iuſtis querellis.

Indept⁹. Indepiſcor. Plautus Indepto. as.

¶ Eant tecum que tua ſunt
Egea crudeliſſime:
Completa eius gloria
Deuicto hoſte callido.
¶ Imploret ergo meritis
Suis pro noſtris actibus:
Vt mereamur conſequi
Sancta in fine premia
Laus honor. &c. ut ſupra. Amen.

Hec ſunt v̾ba ſtratoclis fratris egee q̃ cũ videret eũ arreptũ a dmõib⁹ nihil voluit accipe de reb⁹ ei⁹ dicẽs (o egea crudeliſſime q̃ tua ſũt eãt tecũ) q: ſufficit mihi xp̃s ihs (vt refert ei⁹ hiſtoria) glĩa aũt ei⁹.ſ.andree cõp.i. ꝑfecta ẽ q: migrauit ad dñz. hoſte callido.i. iniquo egea deuicto.i.ſuperato ⁊ obruto cuꝫ ſuis idolis.

Ecce pro concluſione in ꝑſenti parte apud deũ eius auxiliũ implorat dicẽs. ergo. i. q: tã glorioſe curſum vite ſue cõſumauit andreas (iploret.).i.obtineat ⁊ ſuis meritis veniam cõſequatur (pro nr̃is actibus).i.pro noſtris opibus ſeu peccatis (vt mereamur i fine) ſ.vite nr̃e (conſequi p̃mia ſancta).i.gloriã eternam ⁊ ſanctorum conſortium. Amen.

¶ Carmẽ eſt dimetrũ iambicũ cacometrũ. Canit in feſto ſancti nicolai ad ueſperas. Cuius uitã cõmenda. & miracula deſcribit.

EXultet aula celica
Letetur mundi machina
Dum refert ſolis orbita
Nicolai ſolemnia.

Laudes glorioſiſſimi patroni nři nicolai in pſentiarū verſātur: ei⁹ eñi miracula tā ab incūte etate ꝑpetrata: quā poſt mortē facta: ex amuſſim deſcribit pſens hymn⁹: eiſq; ad noſtrū erga deū fauorē inclinat. ſed nota Quare di- primo qꝺ dict⁹ eſt nicola⁹. a nicos qꝺ eſt vi- ctus eſt ni- ctoria. ꝛ leos. qꝺ eſt pplⁱs. q̄ſi victoria ppli. i. vitioꝝ vel eo q: multos pplos docuit fugere vi- colaus. tia. fuit aūt ciuis patere vrbis licie. pater ei⁹ epiphani⁹ mater vo Joāna dicta eſt: claruitq; inenarrabilibus virtutib⁹: vt eius hiſtoria repſentat (Aula ergo celica). i. celum ipſum qꝺ quidē celicolū habitatio eſt (exultet). i. letet̄ (ꝛ machina). i. factura mūdi. i. ipſe mūdus, letetur). i. gaudeat (dum orbita ſolis). i. reuolutio anni hunc diem annuatim repreſentās. de orbita vide in hymno magdalene (refert). i. repreſentat (ſolemnia ſancti nicolai.

¶ Qui uagitus infantie
Decorauit mirifice:
Dans uirtutum primordia.
Inter ortus crepundia.

Qui. ſ. nicola⁹ (decorauit). i. illuſtrauit Vagio. (vagitus). i. voces ꝛ lachrymas (infantie ſue) Vagitus. quando nec poterat: nec ſciebat loqui: nā vagire ꝓpriū eſt vocis infantiū: dū plorāt. inde eſt vagitus ꝓ vocibus ſeu fletib⁹ infantiū. ꝛ eſt verbū ſumptū a ſono vagiētis. ſic eñ An- Antoni⁹ tonius nebriſſeñ. magiſter meus in ſalutatione patrie ſue. Vagituſq; meus audiſt iſte loc⁹ nebriſſeñ. (dans primordia). i. principia virtutū ꝛ miraculoꝝ (inter crepūdia). i. inter cunas ipſas ſeu Crepūdia ornamēta infantiū (ortus). i. natiuitatis ſue. Crepūdia dicuntur prima munuſcula que dantur pueris vt ſunt faſciole: veſtes: bulle. corallia. enſiculi: crepitacula. ꝛc. hec calepinus.

¶ Quarta cum ſexta feria
Semel ſuggebat ubera:
Iam in etate tenera
Hac uſus abſtinentia.

Signat miracula facta inter ortus crepūdia ſancti nicolai dicēs ꝙ (q̄rta feria). i. in die mercurij (ꝛ in ſexta). i. in die veneris. de feria dixi in pn̄cipio hymnoꝝ (ſug. i. lactebat ſemel vbera). i. mamillas matris. Nota qꝺ dicim⁹ lacteo lac ſugo: lacto lac pbeo nato. (iā) i. et tūc a pueritia (vſus hac abſtinētia in etate tenera) ideſt in infantia ſua.

¶ Cuius tumba fert oleum
Matris oliue neſcium:
Quod natura non pertulit
Marmor ſudando parturit

Signat miracula poſt eius mortem dicens (cuius tumba) i. cuius ſepulchrum (fert) ideſt dat ꝛ manat (oleum neſcium oliue matris). i. non naturaliter ſed miraculoſe factū ideo ſubdit (marmor. ſ. tumbe parturit) ideſt emittit (ſudando) ideſt per ſudorem (ꝙ natura non pertulit. i. non produxit.

¶ Preſta pater ingenite
Ieſu cum ſancto pneumate:
Vt nicolai precibus
Celi iungamur ciuibus.

(O pater ingenite). i. non genite. q: vt ſcribitur in ſimbolo athanaſij: pater a nullo eſt factus n: c creatus nec genit⁹ (pſta). i. concede (o ieſu). i. o fili ſaluator noſter preſta etiam (cum pneumate ſancto). i. cū ſpiritu ſancto (vt iungamur ciuibus celi) ideſt coniūgamur ſanctis in celo. et hoc (precibus) hoc eſt interceſſione ſancti nicolai patroni noſtri: ſed pneuma nota quod pneuma. atis. grecum nomen eſt latine aūt ſonat ſpiritus ſeu flatus. inde pneumaticus ſpiritualis. vnde etiam pneumatica organa dicuntur ſpiritualia. Poli. li. xix. Eputeo particis pneumaticiſq; organis tollendo.

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas matutinas eiuſdem feſti beati nicolai.

O Venerande pontifex
Pius nec tardus opifex:

Hic q̄ pſe hymn⁹ apparet: fruſtū eſt pretēdētis in eo aūt btm̄ nicolaū exoratū induci: et ſit aduocatus oībus qui eū in piculo

Digitized by Google

Cunctis: qui corde credulo
Te querunt in periculo.

q̄runt. vt ſecū in gl̄ia letent. inq̄t ergo (o pōtifex). i. o p̄ſul (venerāde). i. digne venerat a tōis maxime: veluti q̄ angelica voce fuit cōſecratus in ep̄m mirrhe ciuitatis. Pōtifex aūt ſacer magiſtrat⁹ vt inq̄t ſceuola a poſſe ꝛ facere dict⁹. vel vt inquit Uarro a ponte. q: ſublicius pons a pōtificib⁹ fact⁹ eſt primū. ꝛ reſtitutus ſepe. ꝛ erāt maiores ꝛ minores: iter quos ſūmus pōtifex dict⁹ eſt maximus: qd̄ ſit iudex oīm q̄ ad religionē ptinēt. Numa eni vt tradit liui⁹ pōtificē fecit: eiq; oīa ſacra: ꝛ iura publica ꝛ priuata ſub iecit (opifex). i. adiutor ꝛ videtur ab opera deduci. ꝛ artificem atq; operatorem ſignificat. non modo rerū: ſed etiā verborū: poteſt etiam dici quaſi opem ferens. (pius ꝛ nō tardus) ſubueniēdo in neceſſitatibus tā in vita quā poſt mortē (cūctis qui querunt te). i. inuocant te (in periculo) ꝛ hoc corde credulo hoc eſt credenti ꝛ perfecto. Pōtifex. Sceuola. Uarro. Opifex

Aufer mortis diſpendia
Confer uite ſtipendia.
Vt poſt carnis exilia
Tecum ſimus in gloria.

Et q: tu eſt pius opifex (aufer). i. amoue a nobis vel a cūctis (q̄ q̄runt te diſpendia). i. dāna vel pīcula (mortis) diſpēdiū eni dicim⁹ qd̄ in curia vel negligētia: aut in moderatione diſpēdim⁹. vn̄ Terē. Ut ineat gratia ꝫ ſine ſuo diſpēdio: ꝛ mihi ꝓſit. (ꝛ confer). i. da nobis ſtipendia. i. p̄miū ꝛ remunerationē ceterminis vite. ſ. huius nr̄e ꝛ eſt ſtipēdiū aes militare. ſeu premiū qd̄ militibus datur: ꝛ eſt cōpoſitū nomē ab ſtipe: ꝛ pēdo. quaſi ſtips pōderata. ſtips aūt ab antiq̄s dicebat aes. q: anteq̄ ſignatum eſſet non numerabatur ſed ponderabatur. Preſta pater ingenite vt ſupra. Diſpēdiū. Stipēdiū. Stipe.

Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad laudes matuti. in eodē feſto glorioſiſſimi patris noſtri Nicolai: p cuius itercesſionem petimus ab eo noſtrorum criminum condonationem.

Ieſu redemptor omnium
Perpes corona preſulum
In hac die clementius
Noſtris faueto precibus.

O ieſu redēptor oīm). ſ. fidelium (ꝛ corona). i. remuneratio ꝛ premiū (perpes). i. ꝑpetua in eternū duratura (p̄ſulū). i. pōtificū. faueto. i. ſuccurre ꝛ fauorē p̄ſta (clemētius). i. ſolita pietate ꝛ maxima clemētia (nr̄is p̄cib⁹) i. noſtris orationibus: fuſis in hac die. ſ. ſolēnitatis ſancti nicolai glorioſiſſimi.

Tui ſacrati nominis
Confeſſor almus claruit:
Cuius celebrat annua
Deuota plebs ſolemnia.

Dico qd̄ ſuccurras nobis clemēti⁹ i hac die. ſ. in q̄ (cōfeſſor alm⁹). i. ſctūs nicolaus (cōfeſſor tui ſacrati noīs) q: te ipſum p̄dicauit (claruit) i. clarificatus eſt: ꝛ ſplēdidus factus (cui⁹ ſolemnia). i. cuius feſtū (annua). i. anniuerſaria qui ſingulis annis ꝓuenīūt (plebs deuota) i. humilis celebrat. i. veneratur.

Quirite mundi gaudia
Huius caduca reſpuens:
Cum angelis celeſtibus
Letus: potitur premiis.

Qui ſcilicet ſanctus nicolaus (reſpuēs) i. paruipendens (rite) ideſt recte (gaudia caduca) ideſt tranſitoria (huius mundi) in quo tam miſere et calamitoſe vitam ducim⁹ (letus) ipſe cum angelis (celeſtibus) ideſt curie celeſtis ciuibus (potitur p̄miis). i. perenniter gloria celeſti fruitur.

Huius benigne annue
Nobis ſequi ueſtigia:
Huius precatu ſeruulis
Dimitte noxam criminis.

O. ſ. de⁹ benigne). i. o redēptor miſericors ieſu xp̄e. benign⁹. a bonus deducitur. et ꝓprie eſt q̄ bonis ꝛ dignis largit. ꝛ ē dictio cōpoſita ex bono ꝛ gignēdo. vnde benignā terrā dicim⁹: fructus abūde reddētem. pli. de egypto. Nulla eſt benignior tellus: nullus agri fertilior: (concede nobis ſequi) i. imitari Benign⁹. Plinius.

(veſtigia).i.exempla mores ⁊ vitam huius.ſ.nicolai. ⁊ huius precatu.ſ. precibus ⁊ interceſſione (dimitte).i.parce ⁊ remitte ſeruulis (noxam) idest culpam ⁊ peccatum.

Concludit ad laudem dei (o chriſte) apoſtrine rex piiſſime ideſt magne miſericordie (gloria ſit tibi) q; pro ⁊ patri cum ſpiritu paraclyto ideſt bono ⁊ conſolatori nunc ⁊ in perpetuum. Amen.

¶ Sit chriſte rex piiſſime
Tibi patriq; gloria:
Cum ſpiritu paraclito
Et nunc & in perpetuum. Amen.

¶ Carmen eſt alemanium dactylicum trimetrum hypercatalecticum. Canitur in feſto beate uirginis & martyris eulalie. cuius martyrium laudeſq; proſequitur.

Si ante hac candide lector hic glorioſe virginis eulalie hymn⁹ rubiginoſus inormis ac perinde obſcurus intonuit. nō culpa ſua ſed in cauſa fuit auctor ignotus. ⁊ indiſcuſſa carminis qualitas. que eū turgidū: ⁊ ampuloſum reddiderāt. nūc vero noſtra ope ſecurus publica tendat. donec veniat in mediū Antonius nebriſſeñ. lumē hyſpanie ſup prudentiū auctor eſt Aurelius prudētius clemens: qui hāc odem in laudē glorioſe virginis Eulalie compoſuit. multiiugam namq; eius laudem celebrando: martyriū ſuū abundāter explicat ⁊ miracula. laudatq; illā primū a nobilitate patrie ⁊ generis dicit deinde qđ ab in eū te etate dedit indolē ſeu ſpecimē ad moriēdū pro religione chriſti. continet ode. xliiij. verſus: cōpoſuit etiā prudētius hymnū ſ. ales diei nūcius. ⁊ nox ⁊ tenebre. quos canit eccleſia. qualitas ergo erit. Metrū eſt alemanium dactylicū trimetrū hypcatalecticū cōſtans tribus dactilis ⁊ ſemipede ⁊ ſcanditur ſic. germine. nobilis. eulali. a. ſillaba iſta vltima dicitur ſemipes ſeu ceſura. Erit autē ordo (eulalia) virgo illa ſanctimonialis (nobilis) ideſt venerabilis ⁊ clara (germine).i. in genere vel generationis principio. fuit enim nobilius orta parentibus: quo ad ſeculi pompam ⁊ (nobilior).i. excellentior (indole).i. preſtantia ⁊ futura virtute ſeu ſignificatione mortis. ſ. future pro chriſto ſponſo ſuo. uam ab infantia ſua per donatum presbyterū inſtructa in dei laudibus perſeuerabat (ſacra virgo ornat) ideſt decorat (oſſibus). ſ. ſuis quia ibi ſepulta eſt (⁊ colit amore). ſ. exercendo miracula (emeritam ſuam).i. ciuitatem emeritenſem extra quā paſſa eſt martyriū vt refert hiſtoria. cuius ab vbere. ideſt a cuius vbertate ſeu fertilitate (progenita).i. propagata eſt. nam fuit oriunda a villa que dicit prōciano: vltra emeritā miliaria

Emerita. fere. xxvii. Emerita aūt auguſta Hiſpanie opidum ſeu ciuitas eſt ad luſitaniam ſpectās

¶ Ermine nobilis eulalia
Mortis & indole nobilior
Emeritā ſacra uirgo ſuā
Cuius ab ubere progenita eſt
Oſſibus ornat amore colit.

Topographia vti q̄ deſcriptio loci dr nō deſcribit locū qui tm̄ ꝓtulit decus. ⁊ eius fertilitatē deſignat. dicēs (locus q̄ tulit).i. protulit ſeu progenerauit (hoc decus).i. ſanctam

Egregius a.um. eulaliā egreg.i. eminēs ⁊ preſtās (nā) qđ ex toto grege eligit excellēs: egregiū dicim⁹. terētius forma egregia ⁊ etate integra (eſt proximus).i. propinquus ⁊ cōiunctus (occiduo).i. occidēti ſoli. Nā luſitania que eſt pars vlterioris hiſpanie in europa oceano occidētali alluitur in q̄ eſt ciuitas emerita ⁊ portugalie regnū potēs vrbe ſcꝫ emerita. vel vrbe pro vrbibus eſt locus illius regionis potens. vt ſit ſingularis numerus ꝓ plurali ⁊ erit tapinoſis figura (locuples).i. abundans pplīs (ſed mage).i. magis potēs ſanguine martyrii q; pro ⁊ titulo virgineo.i. laude ⁊ dignitate virginis eulalie. nā per trāſlationē bene ſumitur ꝓ laude ſeu dignitate: licet dicatur a tuēdo titulus.

¶ Proximus occiduo locus eſt
Qui tulit hoc decus egregium
Vrbe potens populis locuples:
Sed mage ſanguine martyrii
Virgineoq; potens titulo.

Signat quo tpe ſue etatis ad paſſionē cucurrit btā eulalia dicēs: qđ (eulalia attigerat q̄ter) aduerbiū ē. tris hiemes.i. duodecim hiemes hoc eſt duodecī annos. pars ꝓ toto. tris ꝓ tres actūs pluralis eſt. Vergili⁹.

¶ Curriculis tribus atq; nouem
Tris hyemes quater attigerat:
Cum crepitante pyra trepidos:

Terruit aſpera carnifices
Supplicium ſibi dulce rata.

tris littore ceruos ꝓſpicit errãtes. nſcerat autem ab hyeme poti⁹ quã ab alia parte anni qꝛ ann⁹ ingreſſuꝫ ⁊ terminũ accipit ab hyeme (curriculis trib⁹ atqꝫ nouẽ). ſ. trãſactis. i. trib⁹ atqꝫ nouẽ reuolutiõib⁹ ãnoꝝ finitis idẽ ꝑ diuerſa, nã vt refert hiſtoria iã fere decimũ tertiũ etatis annũ intrabat (cũ aſꝑa). ſ. eulalia q̃ ad ſe in patiẽdo vel qꝛ icrepabat. calphurnianũ atqꝫ tortores ipſos (terruit carnifices). i. tortores ipſos trepidos. i. pauidos vel feſtinos. Verg. ene. iij. hic me dũ trepidi crudelia limina linquũt imemores ſocij vaſto cyclopis i antro. Seruiꝰ ibi trepidi. i. feſtini (pyra). i. i rogo crepitatẽ. i. crepitũ faciẽte ꝓpter ligna ardẽtia. in his añt antiq̃ mortuoꝝ corpa cremare ꝯſueuerũt (rata). i. q̃ credidit ⁊ imaginata eſt ſuppliciũ. i. penã ⁊ incendiũ equulei cũ lampadibus ardentib⁹ circa eius latera appoſiti eſſe ꝓ xp̃o dulce ſibi. Trepidus Vergili⁹. Seruius. Pyra.

℄ Iam dederat prius iudiciũ
Tendere ſe patris ad ſolium:
Nec ſua membra dicata toro
Ipſa crepundia repulerat
Ludere neſcia puſiola.

Iam dederat. ſ. ſcta eulalia ꝑue. i. ab incite etate iudiciũ. i. demõſtrationẽ ⁊ ſpẽ ſe. ſ. velle tẽdere. i. ꝑ martyriũ ire (ad ſoliũ). i. ſedeꝫ ⁊ tribunal pr̃is. i. dei omĩpotẽtis. nec dicata ſubaudi dederat indiciũ (mẽbra ſua nec dicata). i. nec dedicãda. ſ. eẽ (toro). i. viro hoc ẽ q̃ nemini nuptura erat. ſꝫ ṽginitatẽ obſuatura (nã puſiola). i. puellula diminutiuũ eſt. repulerat ꝑue (ipſa crepũdia). i. ꝑma munuſcula. vt crepitacula q̃ danẽ pueris. de qb⁹ dixi ſupra in hymno ſcti nicolai (neſcia ludere). i. q̃ neſciuit ludere aliq̃ re. ſ. canere vel iocari vel pulſare q̃ ad ſcti põpã veluti alie ſolent.

℄ Spernere ſuccina. flore roſas
Fulua mõnilia reſpuere
Ore ſeuera. modeſta gradu
Moribus & nimium teneris
Caniciem meditata ſenum.

Neſciebat bt̃a eulalia ludere nec delectabaẽ illis qb⁹ cetere puelle delectabãẽ nã ſpnere. i. ſpnebat infinitiu⁹ ꝓ ꝑterito impfecto ſuccina. i. electrũ deſudãs ab arboribus. vulgo dr̃ ãbar. vt puta ex q̃ fiũt linee calcuoꝝ ⁊ ẽt ſpnere (roſas flore). i. cũ flore ſuo. vẽ alio q̃uis. ⁊ reſpuere ꝓ reſpuebat monilia. vulgo dr̃ cadena o collar d̃ oro fulua. i. aurea ⁊ hoc qꝛ erat. ſ. ſeuera. i. grauis (ore). i. aſpectu (poteſt) etiã dicere ſeuera ſpnere. i. ad ſpnẽdũ) ⁊ (modeſta). i. honeſta ⁊ tempata (gradu). i. inceſſu ⁊ meditata. i. q̃ in mẽte habuit vel imitata eſt caniciẽ. i. grauitatẽ ſenũ. naꝫ dr̃ in lib. ſapie. cani añt ſunt ſenſus hoĩs. ⁊ etas ſenectutis vita imaculata morib⁹ nimiũ teneris qꝛ ſupra dixit puſiola. Succinuꝫ.

℄ Gloria magna patri & genito
Spiritui ſimul ipſa ſacro
Qui deus unus & omnipotens
Cuius amore ſit eulalia
Nunc celebrantibus.

In prudentio nõ eſt hic finis hymni: ſꝫ iſte: ſic venerarier oſſa libet. Oſſibus altare impoſitũ. Illa dei ſita ſub pedib⁹. Proſpicit hec ppl̃oſqꝫ ſuos. Carmine ꝓpitiata fouet. hũc ãt finẽ ego hic appoſuit. glĩa magna pr̃i ⁊c. Iſta ẽ clara. hec habui ſup hymnũ ſcte eulalie. ſꝫ tñ nõ certũ arripuit iter: ſatꝫ ẽ ponere ſapiẽtẽ i via a q̃ ꝓpẽ ſentes alien⁹ erat dixi.

℄ Carmen eſt quale illud iam lucis orto ſydere. Canitur ad horas matutinas in feſto beate eulalie.

NVnc glorioſe uirginis
Hic concinamus gloriã
Eulalie ut precantum
Celo reſeruet premium.

¶ Hunc hymnũ rogat⁹ cõpoſui vt cãtareẽ i hac dioceſi Hiſpalitana ad ho. mat. ⁊ ꝓpterea breuiter ordinẽ text⁹ delibãdũ ꝑpono. Sꝫ nota q̃ ex ei⁹ materia ꝑmo icitamur ad celebrãdã glĩam bt̃e eulalie quã de dilectione dei laudam⁹ ⁊ fauorẽ ei⁹ erga deũ petimus. ergo (nos ꝯcinam⁹ nũc). i. ſimẽ cãtem⁹ (glĩã ṽgis glĩoſe eulalie) neceſſitate duct⁹ poſui trocheũ ꝓ ſpõdeo vel iãbo vt nomẽ ṽgis nõ abijcereẽ a carmine (vt reſuet). i. ꝯſuet (i celo pre-

miſſũ p̃cantiũ).i.feſtũ glorie ſue celebritantiũ.

¶ Hec namq; chriſtum fortiter
Dilexit & pro munere:
Vite perennis gaudium
Confert benignus conditor.

Hec nãq;.ſ. Eulalia v̾go (dilexit).i.amore pſecuta eſt maximo xp̄m ꝛ ꝓpterea benign⁹ ꝯditor.i.legifer xp̄s magnific⁹ plaſmator rex olm (ꝯfert ꝓ ꝯtulit).i.dedit (gaudiuʒ perennis vite).i.pſle celeſtis ꝛ hoc ꝓ mũere.i. ꝓ remuneratiõe ſui certaminis legitimi.

¶ O uirgo dulcis uernula
Que ſic negaſti peruigil:
Pompam nocendi peſſimam
Necnon minas calphurnii.

Ecce ad ei⁹ auxiliũ petenduʒ vertimur modo (o v̾go dulcis v̾nula).i. dulcis xp̄i ſua (q̃) exiſtẽs.ſ. (puigil).i.vigilãs erga cuſtodiã v̾ginitatis ꝛ legis xp̄i (negaſti ſic).i.tã viriliter (põpã peſſimã nocẽdi).i.delectatiões mũdi q̃ tibi nocere poterãt (necnõ).i.ẽt minas calphurnij.ſ.iudicis. ꝓ calfurniani ꝓpꝫ metrũ.

¶ Fac nos precantes ſurgere
In morte lapſos criminis:
Saluator utiam ſeculi
Noxas remittat ſeruulis.

Fac o beata eulalia (nos p̃cantes lapſos) ſcilicet ꝓpter conſuetudinem peccandi (in morte criminis) ideſt peccati (ſurgere ſcʒ ab eo vt ſaluator ſeculi) ideſt xp̄s qui ſeculuʒ redemit (remittat noxas).i.culpas (ſeruulis) tuum fauorẽ petentibus.

¶ Patri deo ſic mittimus
Laudes: ſimul paraclyto:
Sancto decus ſit filio
Qui regnat in perpetuum. Amen

Gratiarum actio eſt. ſic mittimus deo patri laudes (ſimul) ideſt pariter (paraclyto) ideſt ſpiritui ſancto. necnon ideſt etiam decus ſit filio qui regnat ſcilicet cum patre et ſpiritu ſancto in perpetuum ideſt in eternuʒ a ſine fine.

Petrus delgado ad lectores.

¶ Accipite candidi lectores ueſtri Petri delgado in proprios ſanctorũ hymnos tenuẽ ac ieiunã enarrationẽ: cũ reliqs annotatiunculis. q̃ nõ facile v̾os oculos ꝑtranſibunt. ſuſcipite inquã munuſculũ ſpecie paruũ: ſed charitate magnũ (vt inquit Hieronymus) cupio enim prodeſſe ꝛ ad id preſtandum vires non mihi ſuppetunt. ſed ſi effeceritis vt p̄ma hec ſetura veſtrum animum non reprimat: et ſi vobis gratam eſſe intellexero: animũ eternitatis amore flagrantem: ꝛ ad altiora currentẽ: admotis calcaribus impellam quando quidem nõ recte ſcribentibus etiam gratia debetur. ſaltem vt alios excitẽt nemo re pecudum (vt ait cicero) offi. p̄mo. vitam ſub ſilentio tranſcurrant. Quid enĩ dulcius vt inquit Mantuanus ille homerus: quam factis extendere famã? nõ quippe ob aliã cauſam generoſa illa antiquitas noctes dieſq; elaborabat: niſi vt poſteritati conſuleret. ꝛ lõge quidem melius mecum actum eſſet. quã in receſſu ꝛ ſecreto ſtudio deliteſcere. ſi maturius me vt lingue rubiginem amitterem ſerpentinis dẽtibus ac indoctorum linguis dilacerandũ exponerem: qui nihil boni peragentes: ſtudioſis tñ detrahere non deſiſtunt. verum poſt hac multo aliter eueniet. Nunc autẽ quia in alieno opere nemo eſt ita ingenioſus: vt auctoris mentem penitus abſoluat. ꝛ non ſum ignarus nõnulla loca immutatione punctoꝝ litterarum vel ſyllabarum detorta inueniri poſſe: exoratos vos velim vt primũ hoc mihi aſcribatis q̃ cum diem preſertim publicis lectionibus impendaʒ vltra ſacerdotũ onus: nocturnis tantũ horis iſta curaui (vt inquit Plinius) cum p̄cipue carmina receſſum ſcribentis ꝛ ocia querant (vt ait Ouidius) Ualete ergo ꝛ me mutuo amore pſequimini. v̾m enĩ erit precipere: meum autem hilari fronte mandata exequi. veſtraq; iuſſa capeſſere. Dixi.

Digitized by Google

¶ Petri nuñez Delgado preſbyteri hymnus carmine ſaphico endecaſyllabo adonicoq; compoſitus:& egregio martyri Sebaſtiano humiliter dedicatus.

ISte qui celos meruit benignus.
Scandere ſpargẽs pia uerba chriſti:
Martyr eſt mileſq; ſebaſtianus
Fortis athleta.

¶ Ipſe nam multos dño remiſſit
Atq; de iniuſtis radibiſq; iuſtos
Fecit:eternam cupere & repertam
Morte ſalutem.

¶ Quando ꝑ xp̄o uoluit ſagittis
Corpus allidi:& ſua membra figi
Vt deo felix animam referret
Numine trino.

Neſcit hic nr̄is lachrymis negare
Peſte contacti ut redimamur oẽs
Sepe non paucos liberauit ipſe
Clarus in orbe.

¶ Nunc preces noſtras humiles canamus
Martyri ut cuſtos miſeris reportet
Ex deo morbo careamus ullo
Mortis acerbe.

¶ Et pio regi pariter reducat
Corp⁹ & mẽtẽ gemituſq; noſtros:
Ne ſinat meſtas animas perire
Quas reparauit.

¶ Sed reis preſtet ueniam reatus
Retrahens mundi mala damna nobis:
Vtq; poſt uitam uideamus ipſum
Lumine plenum.

¶ Sit deo patri merito poteſtas
Pneumati ſemper decus atq; nato
Martyri chriſti requies beata
Tempore in omni.


Finis.

Eiuſdem ad iuuenes carmen.

¶ Sumite iam fructus iuuenes:iam carpite flores
Hymnorum:quondam qui periere patent:
Gratam materiam & uerba ſcribenda relaxat
Hic liber & noſter non minus ordo placet.
Inuidus alta canat:quibus ipſe in ſydera tendat
Comprimat & naſum.quid nocuiſſe iuuat.

Digitized by Google

4



¶ Orationes ſacre q̃ per totũ
annũ in eccleſia cãtãtur nuper ad plenũ collecte
ſummoq; labore & uigilãtia de nouo emendate:
pũte & diſpuncte Hiſpali per Petrũ nuñez delga
do pſbyterũ. Et inſup aliq; q̃ defuerant addite & q̃
bis terq; q̃terq; legebãtur cũ ſuis remiſſionib⁹ ſig
nate ne repetitio generaret faſtidiũ una cũ lectio
nibus & reſponſoriis de Iob.

Digitized by Google

¶ PETRVS NVNEZ DEIGADO PORTIONARII LECTORIBUS & in litteratũ uirtutũq; ſtudioſis adoleſcẽtibꝰ bene agere & ualere.

NOn auderẽ cãdidi lectores adoleſcẽteſq; nobiliſſimi bonarũ artiũ & uirtutũ ſtudioſiſſimi (dimiſſis q buſuis aliis opibꝰ a xp̃iana religione ab hoẽtibus in qbꝰ fortaſſe multo aptiꝰ dignoſceret ꝗd mei ualerẽt humeri: qd ue ferre recuſarẽt ut inqt horatiꝰ) tã topere litteras ſacras uobis cõmẽdare (qd certus ſũ facere) atq; in primitias mei laboris edere: idq; efficere quo nonnulli codices ex ſacris & eccleſiaſticis lr̃is de prõti quã emẽdatiſſime de cetero iprimãt: niſi cognoſcerẽ quãtũ noceat a etnica cõmẽdare. adq; in eiſdẽ nimiũ imorari: unde ut idẽ inqt plꝰ aurire mali eſt: quã ex te decerpere fructꝰ. & etiã quãtũ pudeat ſacerdotẽ uolumina hec q̃ ad gl̃iã capeſſendã amæniſſimũ iter preſtãt deprauata & librarioꝝ incuria detorta deliteſcere cũ ꝑcipue i eiſdẽ recõdita ſit ueritatis cognitio ſuauiſſimꝰ animi cibꝰ (ut lactãtiꝰ ait) quẽ i ueſtigare debemꝰ. Quapropter uos adoleſcẽtes hortor: moneoq; nec nõ & rogo ꝙ ſic ſtudiis icũbatis ut religiõis nõ obliuiſcamini. ſed partẽ diligẽtie in ꝓfanis depdite lr̃is quoq; ſacris capiũdis ipẽdatiſ. Dolẽdũ nãq; eſt ſumopere. ꝙ ſeptẽnis puer ſciat qua eſtate eneas ãniuerſariũ patri celebrauerit. quoue ad eliſã appulſus ſit tpe. Et ꝙ neſciat q̃ tẽpeſtate ſaluator nr̃ aduenerit. quoue die ciꝰ aduẽtꝰ celebratꝰ q̃s hynus: q̃ epiſtola: q̃ oro aut deniq; euãgeliũ de eo cãtatur: ul̃ q̃ ſit eoꝝ uera ſẽtentia. Cauete igit̃ cauete (ſi xp̃m colitis (ne a ſcriptura ſacra penitꝰ abhorreatis: qñquidẽ ego nõ poſſũ nõ dolere dũ cõſpicor: & offẽdo nõnullus uix triũ uocularũ ſatis fidos iterp̃tes: q ſctãs lr̃as negẽt pueris ſubminiſtrãdas: & eaſdẽ tãquã ſordidas aſpernẽtur nõ animaduertẽtes. imo potiꝰ ignorãtes de eorũ ad amuſſim i illis obſeruatũ. Et eñi (qd̃ de me polliceri poſſũ) fateor non minꝰ ſalis atq; leporis i ſctis lr̃is eẽ recõditũ. Vbi eni ſniaꝝ & ſctiſſime eruditiõis fertilior ẽ ſeges? Vbi legẽtiũ animi ſctioribꝰ ꝑceptis ibũtꝰ? Vbi iucũdior rerũ uarietas? q̃ (ut qntilianꝰ ait) aios reficit. Vbi laudatio uirtutũ: & uitiorũ a crior ẽ caſtigatio? Quid multis moror? nil mediꝰ fidiꝰ euãgeliis cãdidiꝰ nil faciliꝰ. nil ſimplitiꝰ magiſq; manifeſtariũ minuſq; fucatũ: ueluti q̃ oi creature ſumꝰ illi ſator rerũ optimꝰ maximuſq; uoluerit ꝑdicãda. Quo circa uos adoleſcẽtes dilectiſſime quos uite & uirtutis optĩa idoles uenuſtat morũq; decẽtia atq; ſtudioꝝ auſpicatꝰ nõ obſcure illuſtrat: acqeſcite dictis meis & ſi accepiſtis hymnos a qbꝰ nõ ab re optimũ duxi auſpicari: expectatiſq; ſacroꝝ doctorũ homilias i euãgelia dñicalia: necnõ & epiſtolas btĩ pauli nõ exiguo labore a nobis iã iã edẽdas. ſuſcipi te iteri orõnes ſacras, q̃ p totũ ãnũ i eccl̃ia cãtatur: q̃s ſũmo labore & uigilãtia ad plenũ collexi & q a nõ erat dignꝰ uidice nodꝰ ut egerẽt expoſitione eaſdẽ tãtũmõ mẽdoꝝ cumulo detortas emẽdaui. pũxi & diſpũxi. & iſup aliq̃s q̃ defuerãt addidi. & bis terq; q̃terq; legebãtur (ne repetitio eẽt oneroſa) cũ remiſſionibꝰ aſſignaui. Quod ſi facitis nõ paꝝ uobis expedies. efficietiſq; ut hilari uultu atq; exporrecto fronte ur̃e utilitatis gr̃a maius opꝰ agrediar: quod & auctoritate: & ingenii mei uiribus fortaſſe ſit magis dignũ. Valete ſexto idus maias anni. M.D.XIIII.

Digitized by Google

¶DOMINICA PRIMA AD uentus. Oratio.

Excita q̄s dn̄e potẽtiam tuã & ueni: ut ab iminẽtibus peccatorũ nr̄orũ periculis te mereamur protegẽte eripi: te liberãte ſaluari. Qui uiuis. Sacra.

Hec ſacra nos dn̄e potenti uirtute mũdatos ad ſui faciãt puriores uenire pricipiũ. Per dn̄m. Poſt commu.

Suſcipiamus dn̄e miſericordiã tuã in medio templi tui: ut reparationis noſtre uentura ſolemnia cõgruis honoribus precedamus. Per.

¶Dominica ſecunda. Oratio

Excita dn̄e corda nr̄a ad preparandas unigeniti tui uias ut per eius aduentum purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum uiuit. Sacra:

Placere quæſumus domine humilitatis noſtre precibus & hoſtiis: & ubi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum: tuis nobis ſuccurre pręſidiis Per dominum. Poſt commu.

Refecti cibo ſpiritualis alimoniæ ſupplices te domine deprecamur: ut huius participatione myſterii doceas nos terrena deſpicere & amare celeſtia. Per dominum noſtrum.

¶Dominica tertia. Oratio

Aurem tuam q̄ſumus domine precib⁹ noſtris accõmoda & mẽtis noſtre tenebras gratia tue uiſitationes illuſtra. Qui uiuis. Sacra.

Deuotionis noſtre tibi quæſumus dn̄e hoſtie iugiter immolentur: que & ſacri peragãt inſtituta myſterii: & ſalutare tuũ nobis mirabiliter operentur. per dominum. Poſt com.

Imploramus domine clementiam tuam: ut hec diuina ſubſidia a uitiis expiatos ad feſta uentura nos preparent. Per dominum noſtrum.

¶Feria quarta quattuor temporum. Oratio.

Preſta quæſumus omnipotens deus ut redemptionis noſtre uẽtura ſolemnitas: & pręſentis uite nobis ſubſidia cõferat & eterni beatitudinis premia largiatur. Per dominũ noſtrum. Oratio

Feſtina q̄ſumus dn̄e ne tardaueris & auxiliũ nobis ſupne uirtutis impẽde: ut aduentus tui conſolationibus ſubleuentur: qui in tua pietate confidunt. Qui uiuis. Sacra.

Accepta tibi ſint domine quæſum⁹ noſtra ieiunia: que & expiãdo nos tua gratia dignos efficiant: & ad promiſſa ſempiterna perducant. per dominum. Poſt cõmun.

Salutaris tui domine munera ſatiati ſupplices depcamur: ut cuius letamur guſtu renouemur effectu. Per dominum noſtrum.

¶Feria ſexta. Oratio.

Excita q̄s dn̄e potẽtiã tuã & ueni: ut hi qui in tua pietate confidunt: ab oĩ citius aduerſitate liberentur. Qui uiuis. Sacra.

Muneribus noſtris q̄s domine præcibuſq; ſuſceptis: & celeſtib⁹ nos mũda myſteriis: & clementer exaudi. Per dominum. Poſt commu

Tui nos domine ſacramẽti libatio ſancta reſtauret & a uetuſtate purgatos: in miſterii ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per dominum.

¶ Sabbato. Oratio.

DEus qui cõſpicis quia ex noſtra prauitate affligimur: concede propitius: ut ex tua uiſitatione conſolemur. Qui uiuis. Oratio.

Concede quæſumus omnipotens de⁹: ut qui ſub peccati iugo ex uetuſta ſeruitute deprimimur: expectata unigeniti tui noua natiuitate liberemur. Per eundem. Oratio.

Indignos nos quæſumus domine famulos tuos quos actionis proprie culpa cõtriſtat: unigeniti filii tui aduentum letifica. Qui te. Oro.

Preſta queſumus omnipotẽs deus ut filii tui uentura ſolẽnitas: & preſentie nobis uite remedia conferat & premia eterna concedat. Per eundem. Oratio.

Preces populi tui quæſumus domine clementer exaudi: ut qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: pietatis tue uiſitatione conſolemur. Qui uiuis & regnas. Oratio.

Deus q trib⁹ pueris mitigaſti flammas ignium: cõcede ꝓpitius: ut nos famulos tuos non exurat flãma uitiorum. Per dominum. Sacra.

Sacrificiis pſentibus domine quæſumus placatus intende: ut & deuotioni noſtre proficiat & ſaluti. Per.

Poſt communio.

Quæſumus domine deus noſter: ut ſacroſancta myſteria q̃ pro reparationis noſtre munimine contuliſti: & preſens nobis remediũ eſſe facias & futurum. Per dominum.

¶ Dominica .iiii. Oratio.

EXcita domine potẽtiam tuam & ueni & magna nobis uirtute ſuccurre: ut per auxilium gratie tue quod noſtra peccata prepediunt: indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui uiuis. Sacra.

Sacrificiis preſentibus do. Require ſupra in ſabbato.

Poſt cõmunicanda.

Sumptis q̄s domine muneribus: ut cum frequẽtatione myſterii creſcat noſtre ſalutis effectus. Per dñm.

¶ In uigilia natalis dñi. Oratio.

DEus qui nos redemptionis noſtre annua expectatione letificas: preſta ut unigenitum tuum quẽ redemptorem leti ſuſcepimus: uenientem quoq; iudicem ſecuri uideamus dominum noſtrum. Qui tecum uiuit. Sacra.

Da nobis quæſumus omnipotens deus ut ſicut adoranda filii tui natalitia præuenim⁹: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudentes. Qui tecum uiuit. Poſt cõmu.

Da nobis dñe quæſum⁹ unigeniti filii tui reſenſita natiuitate reſpirare: cuius celeſti myſterio paſcimur & potamur. Per eundem dominum.

¶ Ad gallicantum. Oratio.

DEus qui hanc ſacratiſſimam noctem ueri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da queſumus ut cuius lucis myſteria in terra co

Digitized by Google

gnoſcimus:eius quoq; gaudiis ince/lo perfruamur. Per dñm. Sacra.
Accepta tibi ſit quęſumus domine hodiernę feſtiuitatis oblatio: ut tua gratia largiente: per hæc ſacro ſan/cta cõmercia: in illius inueniamur forma: in quo tecum eſt noſtra ſub ſtantia. Qui tecum. Poſt cõmu.
Da nobis quæſumus domine deus noſter: ut qui natiuitatem domini noſtri Ieſu chriſti nos frequentare gaudemus: dignis conuerſationi/bus ad eius mereamur peruenire cõ ſortium. Qui tecũ uiuit.

In luce. Oratio.

Da quæſumus omnipotens de/us: ut qui noua incarnati uerbi tui luce perfundimur: hoc in noſtro replẽdeat opere quod per fidem ful/get in mente. Per eundem dominũ noſtrum. Oratio.
Da quæſumus omnipotens deus: ut qui beate anaſtaſie martyris tue ſolennia colimus: eius ad apud te pa trocinia ſentiamus. Per dominum noſtrum. Sacra.
Munera nr̃a qs dñe natiuitatis hodi erne myſteriis apta proueniant: ut ſi cut hõ genitus idem refulſit deus ſic nobis hæc terrena ſubſtãtia cõferat quod diuinum eſt. Per eũdẽ. Sacra.
Accipe quæſumus domine mune/ra dignanter oblata: & beate anaſta ſie ſuffragantibus meritis ad noſtre ſalutis auxiliũ peruenire concede. Per dominum. Poſt commu.
Qui nos dñe ſacramenti ſemperno tas natalis inſtauret: cuius natiui/tas ſingularis humanum repulit ue/tuſtatem. per eun. Poſt com.
Satiaſti dñe familiã tuã muneribus ſacris: eius qs interuentione nos re/foue: cuius ſolẽnia celebramus. per dominum.

In die. Oratio.

Concede queſumus omnipotẽs deus: ut nos unigeniti tui no/ua per carnẽ natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo uetuſta ſeruit⁹ tenet Per eundem. Sacra.
Oblata domine munera noua uni geniti tui natiuitate ſanctifica: noſ/q; a peccatorũ noſtrorũ malis emũ/da. Per eundem. Poſt com.
Preſta quæſumus omnipotens de/us: ut natus hodie ſaluator mundi ſicut diuine nobis generationis eſt auctor: ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecũ uiuit.

Dominica infra octauas natalis domini. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus dirige actus noſtros in bene/placito tuo: ut in nomine dilicti fi/lii tui mereamur bonis operib⁹ abũ/dare. Per eundem. Sacra.
Cõcede queſumus domine ut ocu lis tue maieſtatis munus oblatum gratiam nobis deuotionis obtine/at: & effectũ beatę perhennitatis ac quirat. Per dominũ. Poſt cõ.
Per huius dñe operationẽ myſterii & uitia noſtra purgentur: & iuſta de ſideria compleãtur. Per dominũ.

In die circunciſionis. Oratio.

Deus qui nos nati ſaluatoris di/em celebrare concedis octauũ

fac nos quæſumus eius perpetua di-
uinitate muneri: cuius ſumus carna
li cõmercio reparati. Qui tecum ui-
uit. Sacra.
Preſta quæſumus domine: ut per
hec munera que domini noſtri ieſu
chriſte archane natiuitatis myſterio
gerimus: purificate mẽtis intelligẽ
tia cõſequamur. per eun. Poſt cõm.
Preſta qs domine: ut quod ſaluato-
ris noſtri iteratã feſtiuitate percepi-
mus: perpetue nobis redemptionis
conferat medicinam. Per eundem.
¶ In uigilia epiphanię dñi. Oratio.
Corda nr̃a qs domine uenture
feſtiuitatis ſplendor illuſtret:
quo mundi huius tenebris carere ua
leamus: & perueniamus ad patriam
claritatis eterne. Per. Sacra.
Tribue quæſumus domine ut eum
preſentibus immolemus ſacrificiis
& ſumamus: quem uenture ſolenni
tatis pia munera præloquũtur. Do-
minum noſtrum. Poſt commu.
Illumina quæſumus domine po-
pulum tuum: & ſplẽdore gratie tue
cor eius ſemper accende: ut ſaluato
rem ſuum & inceſſanter agnoſcat
& ueraciter apprehẽdat ieſum chri
ſtum fi iũ tuũ. Qui tecum uiuit &c.
¶ In die epiphaniæ. Oratio.
Deus qui hodierna die unigeni-
tum tuum gentibus ſtella du
ce reuelaſti: concede propitius: ut q
iam te ex fide cognouimus: uſq; ad
contemplandam ſpeciem tue celſi-
tudinis perducamur. Per eundem
dominum noſtrum. Sacra.

Eccleſie tue quęſumus domine do
na propitius intuere: quibus non iã
aurum thus & myrrha profert: ſed
quo eiſdem muneribus declaratur
immolatur: & ſumitur. Per domi-
num noſtrum. Poſt cõmu.
Preſta qs omnipotens deus: ut que
ſolemni celebramus officio: purifi-
cate mentis intelligentia conſequa
mur. Per dominum. ¶ Dominica
infra octauas epiphanie. Oratio.
Uota quæſumus domine ſuppli
cantis populi cœleſti pietate p-
ſequere: ut & quæ agende ſunt uide
ant: & adimplenda qui uiderint cõ-
ualeſcant. Per dominum. Sacra.
Oblatum tibi domine ſacrificium
uiuificet nos ſemper & muniat. Per
dominum noſtrum. Poſt commu.
Supplices te rogamus omnipotẽs
deus: ut quos tuis reficis ſacramẽtis:
tibi etiam placitis moribus dignan-
ter deſeruire cõcedas. Per dominũ.
¶ In octauis epiphaniæ. Oratio.
Deus cuius unigenit⁹ in ſubſtan
tia noſtre carnis apparuit: pre-
ſta quęſumus ut per eum quem ſimi
lem nobis foris agnouimus intus re
formari mereamur. Qui tecum ui-
uit & regnat. Sacra.
Hoſtias tibi domine pro nati filii
tui apparitione deferimus: ſupplici-
ter exorantes: ut ſicut ipſe noſtrorũ
auctor eſt munerũ: ita ipſe ſit miſe-
ricors & ſuſceptor ieſus chriſtus do
minus noſter. Qui tecum. Poſt cõ.
Celeſti lumine qs domine ſemp &
ubiq; nos præueni: ut myſterium cu-

Digitized by Google

ius nos participes eſſe uoluiſti ;& pu/
ro cernamus intuitu ; & digno perci
cipiamus effectu. Per dominum.

¶ Dominica ſecunda poſt octauas
epiphanie. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus q
cœleſtia ſimul & eterna modera
ris ſupplicationes populi tui clemen
ter exaudi:& pacem tuam noſtris cō
cede temporibus. Per dominum no
ſtrum. Sacra.

Oblata domine munera ſanctifica
noſq; a peccatorū noſtrorum macu
lis emunda. Per dominum noſtrū.
Poſt communicanda.

Augeatur in nobis domie q̄s tue uir
tutis operatio:ut diuinis uegetati ſa
cramētis. ad eorum promiſſa capiē/
da tuo munere preparemur. per do/
minum noſtrum.

¶ Dominica tertia. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus:in
firmitatem noſtram propitius
reſpice : atq; ad protegendum nos
dexteram tue maieſtatis extende.
Per dominum. Sacra.

Hec hoſtia domine q̄ſumus emun/
det noſtra delicta : & ad ſacrificium
celebrandum ſubditorū tibi corpo/
ra menteſq; ſanctificet. per. Poſt cō.

Quos tantis domine largiris tui mi
ſteriis : quæſumus & effectibus eo/
rum ueraciter aptare digneris. Per
dominum noſtrum.

¶ Dominica quarta. Oro.

DEus qui nos in tantis pericu/
lis conſtitutos p humana ſcis
fragilitate non poſſe ſubſiſtere : da
nobis ſalutem mentis & corporis :
ut ea quæ pro peccatis noſtris pati/
mur :te adiuuante uincamus. per do
minum noſtrum. Sacra.

Concede quæſumus omnipotens
deus:ut huius ſacrificii munus obla
tum fragilitatem noſtram ab omni
malo purget ſemper & muniat.
Per dominum. Poſt commu.

Munera tua nos deus delectationi/
bus terrenis expediant :& celeſtibus
ſemper inſtruat alimentis. Per domi
num noſtrum.

¶ Dominica quinta. Oro.

FAmiliam tuam q̄s domine cō/
tinua pietate cuſtodi:ut quæ in
ſola ſpe gratiæ cœleſtis innititur : tua
ſemper protectione muniatur. Per
dominum noſtrum. Sacra.

Hoſtias tibi domine placationis of/
ferimus:ut & delicta noſtra miſera
tus abſoluas:& nutantia corda tu di
rigas. Per dominum. Poſt cōmu.

Quæſumus omnipotens deus : ut
illius ſalutaris capiam⁹ effectū: cui⁹
p hec miſteria pignus accipimus. p.

¶ Dominica ſexta. Oro.

COnſerua q̄s domine populum
tuum:& nomini tuo fac deuo/
tum : ut diuinis ſubiectus officiis &
temporaliter uiuat : & eterna dona
percipiat. Per dominum. Sacra.

Hec nos oblatio quæſumus domi/
ne mundet:& renouet : gubernet :&
protegat. Per. Poſt cōm.

Cœleſtibus paſti deliciis q̄s dn̄e : ut
ſemper uiuendo per que ueraciter ui
uamus appetamus. Per dominū.

¶ Dñica in ſeptuageſima. Oratio.
Preces populi tui quæſum' domine clementer exaudi: ut qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per. Sacra.
Muneribus noſtris. Require ſupra feria. vi. iiii. temporum.
Poſt communicanda.
Fideles tui deus per tua dona firmẽtur: ut eadem percipiẽdo requirant: & querendo ſine fine percipiant. per.
¶ Dñica in ſexageſima. Oratio.
Deus qui conſpicis quia ex nulla nr̃a actione cõfidimus: concede propitius: ut cõtra aduerſa omnia doctoris gentium ꝓtectione muniamur. Per dominũ. Sacra.
Oblatũ. Require ſupra dñica infra octauas epiphanię. Poſt cõmu.
Supplices te. Require ibidem.
¶ Dñica in quinq̃geſima. Oratio.
Preces nr̃as quæſumus domine clementer exaudi: atq᷑ a peccatorum uinculis abſolutos: ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per dominum noſtrum. Sacra.
Hęc hoſtia dñe. Require ſupra dominica. iii. poſt epiphaniam.
Poſt communicanda.
Quæſumus omnipotens deus: ut qui cęleſtia alimenta percepimus: ꝑ hec contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtrum.
¶ Feria. iiii. in capite ieiunii. Oratio.
Preſta domine fidelibus tuis: ut ieiuniorum ueneranda ſolemnia & congrua pietate ſuſcipiant: & ſecula deuotione percurran. Per dominum noſtrum. Sacra.
Fac nos quæſum' domine his muneribus offerendis conuenienter aptari: quibus ipſius uenerabilis ſacramenti celebramus exordium. Per dominum noſtrum.
Poſt communicanda.
Percepta nobis domine prebeant ſacramenta ſubſidiũ: ut & tibi grata ſint noſtra ieiunia: & nobis proficiãt ad medelã. Per. Oratio.
Inclinãtes ſe domine maieſtati tue propitius intende: ut qui diuino munere ſunt refecti celeſtib' ſemper nutriantur auxiliis. per dominum.
Super populum. Oratio.
¶ Feria. v. Oratio.
Deus qui culpa offenderis: penitẽtia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tue iracundie que pro peccatis noſtris iuſte meremur auerte. per dominum noſtrum. Sacra.
Sacrificiis. Require ſupra in ſabbato quattuor temporum. Poſt cõ.
Celeſtis doni benedictione percepta: ſupplices te deus omnipoẽs deprecamur: ut hoc idẽ nobis & ſacramenti cauſa ſit & ſalutis. per.
Super populum. Oratio.
Parce domine parce populo tuo: ut dignis flagelationibus caſtigatus in tua miſeratione reſpiret. per.
¶ Feria ſexta. Oratio.
Inchoata ieiunia quæſumus domine benigno fauore proſequere: ut obſeruantiam quam corpora

liter exibemus: mentibus etiam ſin/ ceris excere ualeamus. Per dominū noſtrum. Sacra.

Sacrifitium domine obſeruantie paſchalis offerimus: preſta quæſu/ mus ut & tibi mentes noſtras reddat acceptas: & continentie promptio/ ris nobis tribuat facultatem. per do minum noſtrum. poſt cōm.

Spiritum nobis domini charitatis infunde. ut quos uno celeſti pane ſaciaſti: tua facias: pietate concor/ des. Per dominum. in unitate eius:

Super populum. Oratio.

Tuere domine populum tuū: & ab omnibus peccatis clementer emun da: quia nulla ei nocebit auerſitas ſi nulla dn̄etur iniquitas. Per dn̄m.

Sabbato. Oratio

ADeſto domine ſupplicationi/ bus noſtris & concede: ut hoc ſolenne ieiunium quod animis cor/ poribuſq; curandis ſalubriter inſti/ tutum eſt: deuoto ſeruitio celebre/ mus. Per dominum. Sacra.

Prepara nos quæſumus dn̄e huius abſtinentię feſtiuis officiis: ut hec ſa crificia ueneráda ſobriis ſemper mé tibus celebremus. per. poſt cō.

Celeſtis uite munere uegetati: quę ſumus domine: ut quod eſt nobis in preſenti uita myſterium fiat eterni/ tatis auxilium Per dominum.

Super populū. Oratio.

Fac nos quæſum' dn̄e ſalutis no/ ſtre cauſas: & deuotis ſemp frequen tate ſeruitiis: & deuotione recolere principaliter inchoatas. per dn̄m.

DOMINICA PRIMA in quadrageſima. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuam an/ nua quadrageſimali obſerua/ tioné purificas': preſta familie tue: ut quod a te obtinere obſtinendo ni titur: hoc bonis operib' exequatur. Per dominum. Sacra.

Sacrificium quadrageſimalis initii ſolenniter immolamus. te domine depcantes: ut cum epularū reſtrictio ne carnalium: a noxiis quoq; uolu/ ptatibus temperemur. p. Poſt cō.

Tui nos domine: Require ſupra fe/ ria. vi. quattuor temporum.

Feria ſecunda. Oratio.

COnuerte nos de' ſalutaris no/ ſter: & ut nobis ieiunium qua/ drageſimale proficiat mentes nr̄as cæleſtibus inſtrue diſciplinis. Per dominum. Sacra.

Munera dn̄e oblata ſanctifica: noſq; a peccatorū noſtrorū maculis emū/ da. per dominum. Poſt cómu.

Salutaris tui dn̄e. Require ſupra. feria. iiii. quattuor temporum.

Super populum. Oratio.

Abſolue quæſumus dn̄e nr̄orū uin cula peccatorū: & qcquid pro eis me remur propitius auerte. Per dn̄m.

Feria tertia. Oratio.

REſpice dn̄e familiā tuam & p̄ſta ut apud te més noſtra tuo deſi/ derio fulgeat: que ſe carnis macera tione caſtigat. Per. Sacra.

Oblatis quæſumus domine placa/ re muneribus: & a cunctis nos defen de periculis. per. poſt commu.

Quæſumus omnipotens deus: ut illius ſalutaris capiamus effectum cuius per hęc myſteria pignus accepimus.p. Sup populū. Oratio.

Aſcendant ad te preces nře: & ab ecclesia cūctam repelle nequitiā. Per.

Feria quarta. Oratio.

PReces noſtras quæſum⁹ domine clemēter exaudi: & cōtra cūcta nobis aduerſantia dexteram tue maieſtatis extende. Per. Oratio.

Deuotionem populi tui quæſum⁹ dňe benignus intēde: ut qui per abſtinentiam maceratur in corpore: per fructum boni operis reficiatur in mēte. Per dominum. Sacra.

Hoſtias tibi. Require ſupra in dominica.v. Poſt cōmu.

Tui dňe perceptione ſacramenti & a noſtris mundemur occultis: & ab hoſtiū liberemur inſidiis. Per dňm.

Super populum. Oratio.

Mentes noſtras quæſumus dňe lumine tue claritatis illuſtra: ut uidere poſſimus quæ agenda ſunt: & q̄ recta ſunt: agere ualeamus. Per.

Feria.v. Oratio.

DEuotionem populi tui q̄ſumus domine benignus intende: ut qui per abſtinentiam macerantur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mente. Per. Sacra.

Sacrificia dňe quæſumus propenſius iſta nos ſaluent: quę medicinalibus ſunt inſtituta ieiuniis. p. Poſt cō.

Tuorum nos dňe largitate donorum: & tēporalibus attolle præſidiis & renoua ſempiternis. Per dňm.

Super populum. Oratio.

Da quæſumus dňe populis xp̄ianis: & quę profitemur agnoſcere: & coeleſte munus diligere quod frequētant. Per dňm noſtrum.

Feria ſexta. Oratio.

ESto dňe propitius plebi tue: & quā tibi facis eſſe deuotam: benigno refoue miſeratus auxilio per dominum noſtrum. Sacra.

Suſcipe quæſumus dňe munera noſtre oblata ſeruitutis: & tua propitius dona ſanctifica. p. Poſt.cōmu.

Per huius dňe. Require ſupra dňica infra octaua nata.dňi.

Super populum. Oratio.

Exaudi nos miſericors deus: & mentibus noſtris gratie tue lumen oſtende. Per dominum noſtrum.

Sabbato. Oratio.

POpulum tuū domine q̄ſumus propitius reſpice: atq; ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum. Oratio

Deus q nos in tātis periculis. Require ſupra dňica.iiii.poſt epi. Oratio.

Protector noſter aſpice deus: ut q malorum noſtrorum pondere premimur precepta miſericordia: libera tibi mente famulemur. per. Oro.

Adeſto quæſumus dňe ſupplicationib⁹ noſtris: ut eſſe mereamur te largiente: & inter proſpera humiles & inter aduerſa ſecuri. per. Oratio.

Preces populi. Require ſupra dňica in ſeptuageſima. Oro.

Deus qui tribus pueris. Reqre ſupra i ſabbato q̄tuor tēporū. Sacra.

Preſentibus ſacrificiis domine ieiu/nia nr̄a ſanctifica: ut quod obſeruantia noſtra profitetur extrinſecus: interius operetur. per dominum noſtrum. Poſt cõmu.
Sãctificationibus tuis omnipotens deus: & uitia noſtra curentur: & remedia nobis eterna proueniant. per dominum noſtrũ: Super populũ.
Familiam tuam quæſum᷑ domine propitius illuſtra: ut beneplacitis moribus inherendo: cuncta que bona ſunt mereantur accipere. per dñm.
℄ Dominica ſecũda. Oratio.
Deus qui conſpicis omni nos uirtute deſtitui interius exteriuſq͡ cuſtodi: ut & ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore: & a prauis cogitationibus mũdemur in mẽte. per. Poſt commu.
Sacrificiis pſ̄entib᷑. Require ſupra in ſabbato quattuor tẽporũ. Sacra.
Supplices te rogamus. Require ſupra dñica infra octauas epiphanię.
℄ Feria ſecunda. Oratio.
Preſta quæſumus omnipotens deus: ut familia tua q̄ ſe affligẽdo carnem ab alimentis abſtinet: ſectando iuſticiam culpa ieiunet. Per dominum. Sacra.
Hęc hoſtia domine placationis & laudis: tua nos propitiatiõe dignos efficiat. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. Poſt cõmu.
Hęc nos communio domine purget a crimine: & cęleſtis remediis faciat eſſe conſortes. per dominum. Super populum. Oratio.
Adeſto ſupplicationibus nr̄is omnipotens deus: & quibus fiduciam ſperande pietatis indulges: conſuete miſericordie tribue benignus effectum. per dominum.
℄ Feria tertia. Oratio.
Perfice quæſumus domine benignus in nobis obſeruantię ſanctę ſubſidium: ut quę te auctore facienda cognouimus: te operante impleamus. Per. Sacra.
Sanctificationẽ tuam nobis domine his myſteriis placatus operare: quę nos & a terrenis purget uitiis: & ad cęleſtia dona perducat. Per dominum noſtrum ieſum. Poſt commu.
Ut ſacris domine reddamur digni muneribus fac nos quæſumus tuis ſemper obedire mandatis. Super populum. Oratio.
Propitiare dñe ſupplicationib᷑ noſtris: & animarum noſtrarum medere langoribus: ut remiſſione pcepta in tua ſemper bñdictiõe letemur. p.
℄ Feria .iiii. Oratio.
Populũ tuũ dñe propitius reſpice: & quos ab eſcis carnalibus precipis abſtinere: a noxiis quoq͡ uitiis ceſſare concede. per. Sacra.
Hoſtias domine quas tibi offerim᷑ propitius reſpice: & per hęc ſancta cõmertia uincula peccatorum noſtrorum abſolue. per. Poſt cõmu.
Sumptis domine ſacramentis ad redemptionis eterne quæſumus proficiamus augmentum. Per dominũ.
Super populum. Oratio.
De᷑ innocẽtie reſtitutor & amator

dirige ad te tuorũ corda ſeruorum ut ſpiritus tui feruore concepto: & in fide inueniãtur ſtabiles: & in ope re efficaces. Per dominũ. in unitate eiuſdem. ℂ Feria quinta. Oratio.

PRęſta nobis dñe quæſumus: auxilium gratiæ tuæ: ut ieiuniis & orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hoſtibus mẽtis & cor poris Per dominum. Sacra.

Preſenti ſacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata ſanctificent: ut quod obſeruantia noſtra profite- tur exterius: interius operetur effe- ctus. per dominum. Poſt cõm.

Gratia tua nos quæſumus domine non derelinquat: quæ tuam nobis opem ſemper acquirat. per dñm. Super populum. Oratio.

Adeſto domine famulis tuis: & per- petuam benignitatem largire po- ſcẽtibus: ut his q te auctore & guber natore gloriãtur: & congregata re- ſtaures & reſtaurata conſerues. Per. ℂ Feria ſexta. Oratio.

DA quæſumus omnipotens deꝰ: ut ſacro nos purificante ieiu- nio: ſinceris mentibus ad ſancta uen tura facias peruenire. Per. Sacra.

Hæc in nobis ſacrificia deꝰ & actio ne permaneant & operatione firmẽ tur. Per dominũ. Poſt cõmu.

Fac nos quęſumus dñe accepto pi- gnore ſalutis eterne: ſic tendere cõ- gruenter: ut ad eam peruenire poſſi mus. per: Super populum. Oratio

Da quęſumus domine populo tuo ſalutem mẽtis & corporis: ut bonis operibus inherẽdo: tuę ſemper uir- tutis mereatur protectiõe deffẽdi: p. ℂ Sabbato. Oratio.

DA quæſumus domine noſtris effectũ ieiuniis ſalutarem ut ca ſtigatio carnis aſſumpta ad noſtra rum uegetationem tranſeat anima rum. Per dominum. Secreta

His ſacrificiis domine cõcede placa tus: ut qui propriis oramus abſolui delictis nõ grauemur externis. Per dominum. Poſt cõmu.

Sacramẽti tui domine diuina liba- tio penetralia noſtri cordis ĩfundat & ſui participes potẽter efficiat. per. Super populum. Oratio.

Familiam tuã. Require ſupra do- minica. v. poſt epiphaniam.

ℂ Dominica tertia. Oratio.

QVæſumus omnipotẽs deus uo ta humiliũ reſpice: atq ad de- fenſionem noſtrã dexterã tue maie- ſtatis extende. Sacra.

Hæc hoſtia dñe. Require ſupra in dñica. iii. poſt epiphaniam. Poſt cõ.

A cunctis nos domine reatibus & periculis propiciatus abſolue: quos tãti myſterii tribuis eſſe pticipes. p. ℂ Feria ſecunda. Oratio

COrdibus noſtris quæſumus do mine gratiam tuam benignus infunde: ut ſicut ab eſcis corpora- libus abſtinemus ita ſenſus quoq noſtros a noxiis retrahamus exceſ- ſibus. Per dominum no- ſtrum. Sacra.

Munus quod tibi domine noſtre ſer uitutis offerimus: tu ſalutare nobis

Digitized by Google

perfice ſacramentum. Per domi/
num. Poſt communio.
Preſta q̄ſumus omnipotens & miſe
ricors deus:ut quę ore contingimus
pura mente capiamus. Per dominū.
Super populum. Oratio.
Subueniat nobis dñe miſericordia
tua:ut ab imminentibus peccatorū
nr̄orum periculis:te mereamur pro
tegēte eripi te liberante ſaluari. Per:
¶ Feria.iii. Oratio.
Exaudi nos omnipotens & miſe
ricors deus & continentie ſalu
taris propitius nobis dona concede.
Per dominum. Sacra.
Per hęc ueniat quæſum⁹ dñe ſacra/
menta noſtre redemptionis effectus
qui nos & ab humanis retrahat ex/
ceſſibus:& ad ſalutaria cuncta per/
ducat. Per dominū. Poſt cōmu.
Sacris dñe myſteriis expiati & ueni/
am conſequamur & gratiam. Per.
Super populum. Oratio.
Tua nos dñe ꝓtectione defende:&
ab omni ſemꝑ iniq̄tate cuſtodi. Per.
¶ Feria.iiii. Oratio.
Preſta nobis dñe queſumus: ut
ſalutarib⁹ ieiuniis eruditi. a no/
xiis quoq; uitiis abſtinentes: propi/
ciationem tuā facilius impetremus.
Per dominum. Sacra.
Suſcipe quæſumus domine preces
populi tui cū oblationibus hoſtiarū
& tua myſteria celebrantes: ab oīb⁹
nos defende periculis. Per. Poſt cō.
Sanctificet nos domine qua paſti
ſumus menſa celeſtis:& a cunctis er
roribus expiatos: ſupernis promiſ/
ſionibus reddat acceptos. Per.
Super populum. Oratio.
Concede quæſumus omnipotens
deus:ut qui protectionis tue gratiā
querimus:liberati a malis omnibus
ſecura tibi mente ſeruiamus. Per.
¶ Feria quinta. Oratio.
Concede queſumus omnipotēs
deus:ut ieiuniorum nobis ſan
cta deuotio & purificationem tri/
buat:& maieſtati tue nos reddat ac
ceptos. Per. Sacra.
Efficiatur hęc hoſtia queſum⁹ do
mine ſolemnibus gratia ieiuniis:&
ut tibi fiat acceptior: purificatis men
tibus imolemur. Per. Poſt cō.
Sacramenti tui domine uenerāda
perceptio:& miſtico nos mundet ef
fectu:& perpetua uirtute deffendat.
Per dñm. Super populū. Oratio.
Subiectum tibi populum q̄s dñe ꝓ
piciatio celeſtis amplificet:& tuis ſa
ciat ſemper ſeruire mādatis. Per.
¶ Feria.vi. Oratio.
Ieiunia noſtra quæſum⁹ domi/
ne benigno fauore proſequere
ut ſicut ab alimentis abſtinemus in
corpore: ita & a uitiis ieiunemus in
mente. Per dominum. Sacra.
Reſpice dñe propitius ad munera q̄
ſacramus:ut tibi grata ſint & nobis
Maieſtatē tuā dñe ſuppliciter deprecamur: ut hec ſancta q̄ gerimus:& a preteritis nos delictis exuant & futuris. per. Poſt. cō.

Sanctificationib⁹ tuis oīpotēs deus & uitia nr̄a curentur:& remedia nobis eterna proueniat. per dñm.

Dominica. xix. Oratio.

Dirigat corda noſtra quæſumus dñe tue miſerationis operatio quia tibi ſine te placere nō poſſum⁹. per dominum. Sacra.

Deus q nos. Reqre ſupra in dñica. iii. poſt octa. paſ. reſurre. Poſt cō.

Gratias tibi referimus domie ſacro munere uegetati: tuam miſericordiam depcantes: ut dignos nos ei⁹ participatione perficias. per.

Dominica. xx. Oratio

Omnipotens & miſericors de⁹ uniuerſa nobis aduerſantia p̄piciatus exclude: ut mente & corpore pariter expediti: q̄ tua ſunt liberis mētibus exequamur. per. Sacra.

Hæc munera q̄s domie: q̄ oculis tue maieſtatis offerimus: ſalutaria nobis eſſe concede. p. poſt cōmu.

Tua nos domine medicinalis operatio:& noſtris peruerſitatibus clemēter expediat:& tuis ſemper faciat inherere mandatis. Per dominum.

Dominica. xxi. Oratio.

Largite q̄s domine fidelibus tuis indulgentiā placatus & pacē: ut pariter ab omnibus mundentur offenſis:& ſecura tibi mente deſeruiant. Per dominū. Sacra.

Digitized by Google

Celeſtem nobis prebeant hec myſteria q̄s domine medicinā: & uitia nr̄i cordis expurgent. per. poſt cō.

Ut ſacris domine reddamur digni muneribus: fac nos q̄s tuis obedire mandatis. Per dominum noſtrum.

¶ Dominica. xxii. Oratio.

Familiam tuam q̄s domine continua pietate cuſtodi. ut a cunctis aduerſitatibus te protegente ſit libera & in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. per. Sacra.

Suſcipe domine propitius hoſtias quibus & te placari uoluiſti: & nobis ſalutem potēti pietate reſtitui. Per dominum. Poſt. cō.

Immortalitatis alimoniam conſecuti quæſumꝰ domine: ut quod ore percepimꝰ: mente ſectemur. p.

¶ Dominica. xxiii. Oratio.

Deus refugiū noſtrum: & uirtus adeſto piis eccleſie tue precibus auctor ipſe pietatis: & preſta: ut q̄d fideliter petimus: efficaciter cōſequamur. per. Sacra.

Sacris domine quæſumus ſeruitiis fac intentos: & ut ſine ulla tibi offenſionis macula famulemur quales eſſe precipis ipſe nos perfice. per dominum noſtrum. poſt cōm.

Sumpſimus domine ſacri dona. Require ſupra feria. vi. poſt pēthe.

¶ Dominica. xxiiii. Oratio.

Abſolue quæſumus domie tuorum delicta populorum: ut a peccatorū noſtrorum nexibus: que pro noſtra fragilitate cōtraximus: tua benignitate liberemur. Per dominum noſtrum. Sacra.

Pro noſtre ſeruitutis augmento: ſacrificium tibi domine laudis offerimus: ut quod in meritis contuliſti propitius: exequaris. per dominum noſtrum ieſum. Poſt commu.

Sumentes domine dona cœleſtia q̄ſumus: ut nobis prouenire ad iudicium patiaris quod tuis fidelibus ad remedium prouidiſti. per dn̄m nr̄m.

¶ Dominica. xxv. Oratio.

Excita quæſumus domine tuorum fidelium uoluntates: ut diuini operis fructum propentius exequētes: pietatis tue remedia maiora pcipiāt. per dominum nr̄m. Sacra.

Propitius eſto domine ſupplicationibus noſtris: & populi tui oblationibus precibuſq; ſuſceptis omnium noſtrorum ad te corda cōuerte: ut a terrenis cupiditatibus liberi: ad celeſtia deſideria trāſeamus. p. *Poſt cō.*

Concede nobis q̄s domine: ut per hæc ſacramenta que ſumpſimus: quicquid in nr̄a mente uitioſum eſt tue meditationis dono curetur. per.

¶ IN FESTO DEDICAtionis eccleſie. Oratio.

Deus qui nobis per ſingulos annos huius ſancti tēpli tui conſecrationis reparas diem: & ſacris ſemper myſteriis repreſentas incolumes exaudi preces populi tui & preſta: ut quiſquis hoc tēplū beneficia petiturꝰ ingreditur: cūcta ſe ipetraſſe letetur. Per. Sacra.

Annue quæſumus domine precibus noſtris: ut quicunq; intra templi huius: cuius anniuerſarium dedicationis diem celebramus: ambitum continemur: plena tibi atq; perfecta corporis & anime deuotione placeamꝰ: ut dum hec preſentia uota reddimus: ad eterna p̄mia te ac

Digitized by Google

ſuāante uenire mereamur. Per dominum nīm. poſt cō.

Deus qui eccleſiam tuam ſpōſam uocare dignatus es: ut q haberet gratiam per fidei deuotionem: haberet etiam ex nom'e pietatem: da ut omnes hęc plebs nomini tuo ſeruiēs huius uocabuli cōſortio digna eſſe mereatur: & eccleſia tua in templo cui' anniuerſarius dedicationis dies celebratur: tibi collecta: te timeat. te diligat. te ſequatur. ut dū iugiter per ueſtigia tua graditur: ad cœleſtia pmiſſa te ducente ꝑuenire mereatur.

¶ In die conſecrationis eccleſie. Oro.

Deus qui inuiſibiliter omnia cōtinens: & tamen pro ſalute generis humani ſigna tue potētie uiſibiliter oſtendis: templū hoc potētia tue inhabitationis illuſtra: ut omnes q huc deprecaturi cōueniunt: ex quacunq tribulatiōe ad te clamauerint cōſolationis tue beneficia cōſequamur. per. Sacra.

Omnipotēs ſempiterne de': templū hoc nomini tuo dedicatum: cœleſti uirtute & benedictione ſanctifica: & omnibus in te ſperantib' auxilii tui munus oſtēde: ut hic & ſacramētoꝝ uirtus & uotorum obtineat effectus per dnm. poſt cōm.

Queſum' omnipotēs de': ut hoc in loco: qui nomini tuo dedicat' eſt cūctis petentib' aures tue pietatis accomodes. per dnm.

¶ INCIPIVNT ORATIONES ſanctorū. In uigilia ſancti Andree apoſtoli. Oratio.

Quęſumus oīps deus: ut beatus Andreas apoſtolus: tuum pro nobis imploret auxiliū: ut a noſtris reatib' abſoluti: a cūctis etiā periculis eruamur. p. Sacra.

Sacrādum tibi domine mun' offerimus: quo beati Andree apoſtoli tui ſolēnia recolētes purificationē quoq noſtris mētib' imploremꝰ. per dominū. poſt cō.

Perceptis dñe ſacramentis ſuppliciter exoram': ut intercedente beato Andrea apoſtolo tuo q pro illi' uenerāda geſim' paſſione nobis proficiant ad medelā. per.

¶ Eodem die ſancti ſaturnini. Oro.

Deus q nos beati ſaturnini martyris tui cōcedis natalitio perfrui: ei' nos tribue meritis adiuuare per dñm. Sacra.

Munera tibi dñe dicata ſanctifica & intercedente beato ſaturnino martiri tuo: per hec eadem nos placat' intende. per dñm. poſt cō.

Sanctificet nos q̄s domie tui percepio ſacramēti: & iſtercceſſione beati ſaturnini martyris tui tibi reddat acceptos. per dñm.

¶ In die ſancti Andree apoſtoli. Oratio.

Maieſtatē tuā domine ſuppliciter exoram': ut ſicut eccleſie tue beat' Andreas apoſtol' tu' extitit predicator & rector: ita apud te ſit p nobis perpetu' interceſſor. per dominū nīm. Sacra.

Sacrificiū noſtrū tibi domine q̄ſum' beati Andree predicatio ſancta cōciliet: ut in cui' honore ſolemniter exhibetur: ei' meritis efficiatur acceptū. Per dominū noſtrū ieſum.

Poſt communicanda.

c

Sumpſimus domine diuina myſte-
ria beati Andree feſtiuitate letātes
que ſicut tuis ſanctis ad gloriam: ita
nobis quæſumus ad ueniam prodeſ
ſe perficias. Per dominum.

Chriſanti mauri & darie mart.

Sanctorū martirū tuorū chryſā-
ti mauri atq; darie uirginis q̄s
dn̄e nobis aſſit oratio: ut quos obſe
quio ueneramur: pio iugiter expia
mur auxilio. Per dominum.

Sancti felicis. Oratio.

Concede q̄s omnipotens deus
ut ad meliorē uitā exēpla ſan
cti tui felicis nos prouocent: quate-
nus cuius ſolemnia agimus: & act°
imitemur. Per dominum.

In natale ſancte Barbare.

Intercesſio glioſa queſum° dn̄e
deus noſter beate barbare uirgi
nis & martyris tue: nos ab omni ad
uerſitate protegat: ut per eius iterū
tum corporis & ſāguinis dn̄i noſtri
Ieſu chriſti ſacramētum ante noſtre
anime de corpore exitū: & cū uera fi
de & pura mente percipere merea-
mur. Per eundē dominum. Sacra.
Suſcipe munera domine: q̄ in bea
te barbare martiris tue ſolemnitate
deferimus: cuius nos confidimus pa
trocinio liberari. per dominum.
Poſt cōmunicanda.
Diuini muneris largitate ſatiati: q̄s
domine deus noſter: ut intercedēte
beata Barbara martyre tua in eius
ſemper participatione uiuamus.
per dominum.

Sancti nicolai. Oratio

Deus qui beatum nicolaum cō-
feſſorem tuum atq; pontificem
innumeris decoraſti miraculis: tri-
bue nobis quæſumus: ut eius meriti
& precibus a gehenne incendiis lib
remur. per dominum. Sacra
Sanctifica quæſum° domine obl
ta munera: q̄ in ueneratione ſanct
antiſtitis nicolai offeruntur: ut pe
ea uita noſtra inter aduerſa ubiq; d
rigatur & proſpera. Per dominum
noſtrum. Poſt cōm
Sacrificia que ſumpſimus domin
pro ſolemnitate ſancti pontificis tu
nicolai: ſempiterna nos protection
confirment. per dominum.

In conſecratione ſancti
ambroſii epiſcopi.

Deus mundi auctor & condito
qui hodierne feſtiuitatis dien
beati Ambroſii ſacerdoti electionē
conſecraſti: preſta populo tuo: ut e
ius annua celebritate deuotis reſul
tat obſequiis: eius ſuffragiis tue pie
tatis conſequatur auxilium. Per dc
minum noſtrum. Sacra.
Interuentū precis & obtentu ora-
tionis beati Ambroſii ſacerdotis &
confeſſoris tui domine: his muneri
bus tibi oblatis benedictionē effun
de de cœlis: quo ex eis ſumētes & oī-
bus careamus culpis & celeſtibus re
pleamur eduliis. Per dominum no
ſtrum. poſt cō.
Repleti domine muneribus tuis: q̄
de feſtiuitate beati ſacerdotis & con
feſſoris tui ambroſii percepimus: tri
bue quæſumus ut eorum emunde-
mur effectu: & uiuamus auxilio. p.

In octaua ſancti Andree. Oratio.

Protegat nos domine ſepi° bea
ti Andree apoſtoli tui repetita
ſolemnitas: ut cuius patrocinia ſine
intermisſione recolimus: perpetuā

defenſionem ſentiamus. Per dominum noſtrum. Sacra.
Indulgentiam nobis prebeant hęc munera quæſumus domine largiorem: que ꝑ uenerabilis andree apoſtoli tui ſuffragiis offeruntur. p.
Poſt cōmunicanda.
Adiuuet familiam tuā tibi ſupplicādo beatus andreas apoſtolus: & pius interuentor efficiatur: qui tui nominis extitit predicator. Qui ui.
¶ In conceptione beate Marie. Oratio.
Deus qui beate Marie uirginis conceptionem angelico uaticinio parentibus ꝑdixiſti: preſta familie tue ipſius muneri ꝑſidiis: cuius cōceptione in ſacra frequentatione cōgrua ueneratur. p. Sacra.
Unigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas: ut qui natus ex uirgine matris integritatem non minuit ſed ſacrauit: in conceptione eius ſolemnia noſtris nos periculis exuens oblationem noſtrā ſibi faciat acceptam. Qui tecum. Poſt cōmu.
Sumpſimus dñe celebritatis annue uotiua ſacramenta: ꝑſta qs: ut intercedente beata dei genitrice maria & temporalis nobis uite remedia prebeant & eterne. per dominū.
¶ Eulalie uirginis. Oratio.
Deus qui beate uirginis & martyris tue eulalie animā ad oſtendendam innocēcie uiā: in colūbe ſpecie uidentibus cunctis cęlum penetrare feciſti: concede nobis precibus ipſius innocenter uiuere: ut ad eadē mereamur gaudia peruenire. per dominū nřm. Poſt cōmu.
Muneribus noſtris domine te magnificamus oblatis: que in ſancte nobis ſolemnitatibus eulalie uirginis & martyris tue offerimus: ut & gaudia eterna cōcilies & patrocinia ſempiterna largiaris. per dominum noſtrum. Poſtcōmu.
Sumpta ſacra myſteria qs domine deus noſter propitius in nobis cōſeruare digneris: & intercedente beata eulalia martyre tua: angelicis turbis ad deſideria euehi mereamur & prouehi: quibus etiā ipſam dignatus es in terris poſitam cuſtodire. p.
¶ Sancti damaſi pape. Oratio.
Da quæſumus omnipotēs deus ut beati damaſi confeſſoris tui atqꝫ pontificis ueneranda ſolemnitas: & deuotionē in nobis augeat & ſalutem. per. Sacra.
Sancti tui nos domine quæſumus ubiqꝫ letificent: ut dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus. per dominū nřm. Poſt cōmu.
Preſta qs omnipotens deus: ut de ꝑceptis muneribus grās exhibētes: beneficia potiora ſumamus. per.
¶ Sancte lucie. Oratio.
Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ut ſicut de beate lucie uirginis & martyris tue feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur effectu. per dñm. Sacra.
Accepta tibi ſit domine ſacrata plebis oblatio ꝓ tuorū honore ſanctorum: quorū ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. per dñm. Poſt cō.
Satiaſti domine familiā tuā muneribus ſacris: eius q̄ſumus iterueñtione nos refoue: cuius ſolemnia celebramus. per dominum.

¶ Sancti thome apoſtoli. Oratio.
Da nobis q̄s domine beati apoſtoli tui thome ſolemnitatibus gloriari: ut eius ſemper patrociniis ſubleuemur: & fidem congrua deuotione ſectemur. per. Sacra.
Debitum domine noſtre reddimus ſeruitutis: ſuppliciter exorantes: ut ſuffragiis beati apoſtoli tui thome in nobis tua munera tuearis: cuius honorando confeſſionē: laudis tibi hoſtias immolamus. per. Poſt cō.
Conſerua domine populū tuum: & quē ſanctorū tuorū pręſidiis non deſinis adiuuare: ꝑpetuis tribue gaudere remediis. per dominum.
¶ Tranſlatio iſidori. Oratio.
Protegat nos quæſumus domine btī iſidori confeſſoris tui atq̧ pontificis interceſſio glorioſa: ut cuius ſumus illuminati doctrinis eius ſemp muniamur auxiliis. p. Sacra.
Sancti tui quæſumus domine nos ubiq̧ letificent: ut dum eorū merita recolimus patrocinia ſentiam᷒. per dominum. Poſt cōmu.
Preſta quæſumus omnipotēs deus: ut de preceptis muneribus gratias exhibentes: intercedente beato iſidoro confeſſore tuo atq̧ pontifice beneficia potiora ſumamus. per.
¶ De ſancto ſtephano. Oratio.
Da nobis quæſumus dn̄e imitari quod colimus: ut diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalicia celebram᷒ qui nouit etiam pro perſecutorib᷒ exorare dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum uiuit. Sacra.
Suſcipe domine munera pro tuorū commemoratione ſanctorum: ut ſicut illos paſſio glorioſos fecit: ita nos deuotio reddat innocuos. p dominum noſtrum. Poſt cōmu.
Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beato ſtephano ꝓthomartyre tuo ſempiterna nos protectione confirment. per.
¶ Sācti ioānis euangeliſte. Oratio.
Eccleſiam tuam domine benignus illuſtra: ut beati ioānis apoſtoli tui & euangeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. per dominum. Sacra.
Suſcipe munera dn̄e: que in eius tibi ſolemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. per dominum. Poſt cōmu.
Refecti cibo potuq̧ cęleſti deus noſter te ſuppliciter deprecamur: ut in cuius hęc cōmemoratione ꝑcepim᷒ eius muniamur & precibus. per.
¶ Sanctorū innocentū. Oratio.
Deus cuius hodierna die preconium innocentes martyres non loquendo ſed moriendo cōfeſſi ſūt omnia in nobis uitiorum mala mortifica: ut fidē tuā quā lingua nr̄a loq̄tur: etiā morib᷒ & uita fateamur. p.
¶ Sancti ſilueſtri. Oratio.
Da quæſumus omnipotēs deus: ut beati ſilueſtri confeſſoris tui atq̧ pontificis uenerāda ſolemnitas & deuotionem nobis augeat & ſalutem. per dn̄m.
¶ Sancte columbe. Oratio.
Indulgentiam nobis domine beata columba uirgo & martyr imploret: quē tibi grata ſemper extitit: & merito caſtitatis & tue profeſſione uirtutis. per dominum.
¶ Sancti hilarii. Oratio.

Digitized by Google

DEus cuius miſeratione delinquentes incitantur ad ueniam: iuſti & transferuntur ad palmã qui infuſus in corde beati hilarii antiſtitis quaſi de templo fidei reſponſa dediſti: concede propitius: ut qui tuum inclitum confeſſorem feciſti ceſarẽ non timere interceſſione eius ab ſpeciali hoſte plebẽ protegas obſecrantem: ut cuius in ſolemnitate tripudiat eius ſit fida prece deffenſa. per.

¶ Marte uirginis. Oratio.

EXaudi dñe populũ cum ſanctorum tibi patrocinio ſupplicantem: ut tẽporalis uite nos tribuas pace gaudere: & eterne reperire ſubſidium. per dñm. Sacra.

Suſcipe & ſanctifica adonai deus hoc munus oblatũ & concede: ut ad ſalutẽ noſtrã caro & ſanguis fiat filii tui meritis illius: qui illum gratãter hoſpicio ſuſcepit dominum noſtrũ. Qui tecum. Poſt cõmu.

Quæſumus omnipotens deus: ut piis ſacramẽtis q̃ ſumpſimꝰ: & meritis beate marthe filii tui hoſpite: hic & in futuro uiuamus. per eundem.

¶ Sanctorum fabiani & ſebaſtiani.

INfirmitatẽ noſtrã reſpice omnipotẽs deus: & quia põdus proprie actionis grauat: beati fabiani martyris tui atq; põtificis interceſſio glorioſa nos protegat. per dominũ noſtrum. Alia oõ.

Deus qui beatum ſebaſtianũ martyrem tuum uirtute cõſtantie in paſſione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere: & nulla eius aduerſa formidare. per dñm.

¶ Sancte agnes. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne deus qui infirma mundi eligis: ut fortia q̃q; confundas: concede propitius: ut qui beate agnes uirginis & martyris tue ſolemnia colimus: eius apud te patrocinio ſentiamus. p. Sacra.

Hoſtias tibi domine quas offerimꝰ propitiꝰ reſpice: & intercedẽte beata agnes uirgine & martyre tua: uincula peccatorum noſtrorum abſolue. per. Poſt commu.

Refecti cibo potuq; cęleſti: deus noſter te ſuppliciter exoramꝰ: ut in cuius hęc cõmemoratione percepimꝰ: eius muniamur & precibꝰ. per dñm.

¶ Sancti uincentii. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibꝰ nřis: ut q ex iniq̃tate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus: beati uincentii martyris tui interceſſione liberemur. per dominum.

¶ Conuerſio ſcti pauli. Oratio.

DEus qui uniuerſum mũdũ beati pauli apoſtoli predicatiõe docuiſti: da nobis quæſumus: ut q eius hodie conuerſionẽ colimus: p eiꝰ ad te exempla gradiamur. per.

¶ In feſto purificationis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: maieſtatẽ tuã ſupplices exoramus: ut ſicut unigenitus filius tuꝰ hodierna die cum nře carnis ſubſtãtia in tẽplo eſt p̃ſentatus: ita nos facias purificatis tibi mẽtibus p̃ſentari. p.

¶ Sancte agathe. Oratio.

DEus q inter cetera potentie tue miracula etiam ĩ ſexu fragili uictoriã martyrii cõtuliſti: concede p̃pitiꝰ: ut q beate agathe martyris tue natalicia colimus: per eius ad te exẽpla gradiamur. Per dñm.

¶ Sancte ſcolaſtice uirginis. Oro.

FAmiliam tuá q̃s dñe beate uir/
ginis tue Scolaſtice meritis pro
pitius reſpice: ut ſicut ab obtinendú
ipſius precibus: quod cupiuit imbrē
celitus deſcendere feciſti: ita eius ſup
plicationibus ariditatem noſtri cor/
dis ſuperne dignetur gratie rore per
fundere. per.

¶ Cathedra ſancti petri. Oro.

DEus qui beato Petro apoſtolo
tuo colatis clauibus regni coe/
leſtis. animas ligandi atq; ſoluendi
pontificium tradidiſti: concede ut in
terceſſionis eius auxilio a peccato/
rum noſtrorú nexib⁹ liberemur. p.

¶ Sancte mathie. Oratio.

DEus qui beatum mathiam apo/
ſtolorum tuorum collegio ſo/
ciaſti: tribue quæſumus: ut eius inter
uentione tue circa nos pietatis ſem/
per uiſcera ſentiamus. p. Sacra

Deus qui proditoris apoſtate rui/
nam: ne apoſtolorum tuorum nu/
merus ſacratus perfectione careret.
beati Mathie apoſtoli electione ſu/
pleſti: preſentia munera ſanctifica:
& per ea nos gratie tue uirtute con
firma. Per dominum. Poſt cõ.

Preſta quæſumus omnipotens de/
us: ut per hec ſancta que ſumpſimus
interueniēte bt̃o Matthia apoſtolo
tuo: ueniá conſequamur & pacē. p.

¶ Sancti gregorii. Oro.

DEus qui nos beati gregorii con
feſſoris tui atq; põtificis annua
ſolēnitate letificas: concede ꝓpitius
ut cui⁹ opere atq; doctrina ſcripture
tue myſteria multus cognouimus:
eius apud te ſemper patrocinia ſētia
mus. Per dominum.

¶ Tranſitum ſcti benedicti. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus:
q hodierna die carnis eductú
de ergaſtulo beatiſſimú confeſſorē
tuú benedictú ſubleuaſti ad cęlú: cõ
cede q̃s hec feſta tuis famulis celebrá
tibus cúctorú ueniá peccatorum: ut
que exultátibus animis eius claritate
cõgaudent: ipo apud te interuenien
te cõſocietur & meritis. Per do.

¶ Annũciatio ſctē marie. Oratio

DEus qui de beate marie uirginis
utero uerbú tuum angelo nun
ciante: carnē ſuſcipere uoluiſti: p̃ſta
ſupplicibus tuis: ut qui uere eam ge/
nitricē dei credimus: eius apud te in
terceſſionibus adiuuemur. Per eun
dem dñm nrm. Alia oratio.

DEus qui hodierna die uerbum
tuum bt̃e marie uirginis aluo
coadunare uoluiſti: fac nos hæc ſa
cramenta ita pagere: ut tibi placere
ualeamus. Per dñm.

¶ Marci euangeliſte. Oratio.

DEus qui nos beati marci euãge/
liſte concedis natalicio perfrui:
da eccleſie tue q̃s & amare quod cre/
didit & p̃dicare qđ docuit. p dñm.

¶ In die apoſtolorum phi/
lippi & iacobi. Oro.

DEus qui nos annua apoſtoloꝝ
tuorum philippi & iacobi ſolē/
nitate letificas: preſta quæſumus: ut
quorum gaudemus meritis inſtrua/
mur exemplis. Per dñm.

¶ Inuentio ſancte crucis. Oro.

DEus q in p̃clara ſalutifere cru/
cis inuētione paſſionis tue mi/
racula ſuſcitaſti: concede ut uitalis
ligni precio: eterne uite ſufragia cõ/
ſequamur. Qui uiuis.

¶ Ioannis ante portam latinam. Oratio.

Deus qui conſpicis quia nos undiq; mala noſtra perturbāt: pſta quæſumus: ut beati Ioannis apoſtoli tui interceſſio glorioſa nos protegat. Qui uiuis & regnas.

¶ Michaelis archangeli. Oratio.

Da nobis omnipotens deus: beati archangeli tui Michaelis eatenus honore proficere: ut cuius in terris gloriam predicamus eius precibus adiuuemur in cœlis. per dn̄m.

¶ Nerei & achilei. Oratio.

Semper nos domine martyrum tuorū nerei & achilei atq; pancratii foueat quæſumus domīe beata ſolemnitas & tuo dignos reddat obſequio. Per dominum.

¶ Sācti medardi confeſſoris. Oro.

Exaudi domine preces noſtras, & interueniēte beato confeſſore tuo atq; pōtifice medardo: ſupplicationes noſtras placatus intēde. p.

¶ Primi & feliciani. Oratio.

Fac nos domine ſanctorum primi & feliciani feſta deuotis mētibus celebrare: atq; eorū ſuffragiis ſuffulti: protectionis tuæ dona ſentiamus. Per dominum.

¶ Barnabe apoſtoli. Oratio.

Sancti barnabe apoſtoli tui nos quæſumus domine ſolemnitas tueatur: quia tanto fiducialius tuo nomine ſupplicamus: quāto frequentis apoſtolorū cōfouemur exēplis. Per.

¶ Vigilia ſancti ioānis baptiſte.

Preſta quæſumus omnipotens deus: ut familia tua per uiā ſalutis incedat: & beati ioannis precurſoris hornāmenta ſectando: ad eū quē predixit ſecuramente perueniat per. ¶ In die. Oro.

Deus qui preſentē diē honorabilē nobis i beati ioānis natiuitate feciſti: da famulis tuis ſpiritualiū gratiam gaudiorum: & omniū fidelium mentes dirige in uiam ſalutis eterne. per dn̄m.

¶ Ioānis & pauli martyrum. Oro.

Quæſumus omnipotens deus: ut geminata nos leticia hodierne feſtiuitatis excipiat: q̄ & beatorum ioannis & pauli glorificatione procedit: quos eadem fides & paſſio uere fecit eſſe germanos. per.

¶ Vigilia apoſtolorum petri & pauli. Oro.

Deus qui apoſtolorum Petri & Pauli nobis glorioſa natalicia preire concedis: tribue q̄ſumus eorū nos ſemper & beneficiis preueniri: & orationibus adiuuari. p. In die.

Deus qui hodiernam diē apoſtolorum tuorum petri & pauli martyrio cōſecraſti: da quæſum⁹ eccleſie tue in omnibus ſequi preceptū: per quos religionis ſumpſit exordium. per. dominum noſtrum.

¶ Cōmemoratio ſcti pauli. Oratio

Deus qui multitudinem gētiū beati Pauli apoſtoli tui predicatione docuiſti: da nobis ut cuius natalicia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominum.

¶ Eodem die ſancti marcialis. Oratio.

Deus qui uenerabilē beati martialis confeſſoris tui atq; pontificis feſtiuitatē ſolēniter te currētem populo tuo dedicaſti: concede no

bis: ut qđ in ei⁹ honore depoſcimus eo ſuffragāte cōſeq mereamur. p.

¶ Sanctorum martyrum Proceſſi & Martiniani. Oratio.

DEus qui nos ſanctorum tuorū proceſſi & Martiniani confeſſionibus glorioſis circundas & protegis: da nobis eorum imitatione pficere & interceſſione gaudere. per

¶ Trāſlatio ſancti martini. Oratio.

OMnipotens & miſericors deus qui inter cetera miracula ſancti cōfeſſoris tui martini: etiā in die trāſlationis ſacri corporis illius angelicam reuelationē populo tuo demonſtraſti: pſtā nobis petētibus: huius patroni ſuffragantibus meritis: ut ea q̄ ſunt placita: digno affectu & deuotis mētibus exequamur. p.

¶ Octaua die apoſtolorum petri & pauli. Oratio.

DEus cuius dextera beatum petrum apoſtolū ambulātē in fluctibus: ne mergeret erexit: & coapoſtolum eius paulum tertio naufragantem & profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius & concede ut amborum meritis eternitatis gloriam conſequamur. per.

¶ Marie magdalene. Oratio.

LArgire nobis clemētiſſime pater quod ſicut bt̄a maria magdalena dominū noſtrum Ieſum chriſtum ſuper omnia diligendo: ſuorū obtinuit ueniam peccaminum: ita nobis apud miſericordiā tuā ſempiternā impetret beatitudinē. p eun.

¶ Iacobi apoſtoli. Oratio.

ESto domine plebi tue ſanctificator & cuſtos: ut apoſtoli tui iacobi munita præſidiis: & conuerſatione tibi placeat: & ſecura mēte d
ſeruiat. Per dominum.

¶ Sanctorum martyrum ſimplicii fauſtini beatricis. Oratio

PReſta quæſumus dn̄e: ut ſicu
populus chriſtianus martyrum
tuorū ſimplicii Fauſtini & beatrici
temporali feſtiuitate congaudet: it
perfruatur eterna: & quod uotis ce
lebrat: cōprehēdat effectū per.

¶ Vincula ſancti petri. Oratio

DEus qui beatum Petrum apo
ſtolū a uinculis abſolutum: ill
ſum abire feciſti: noſtrorum quæſu
mus abſolue uincula peccatorum &
omnia mala a nobis ꝓpiciatus auc
te. per dominum.

¶ Stephani gamalielis. & nicodemi. Oratio.

DEus qui nos annua preclare inuentionis ſanctorum tuorum ſtephani Gamalielis Nicodemi atq abibom ſolemnitate letificas: preſta quæſumus: ut quos in cęleſti gloria ſublimatos miraculis in terra decō
raſti: apud paternam pietatis tue clementiam interceſſores ſemper habere mereamur. per.

¶ Sixti pape. Oratio.

DEus qui cōſpicis quia ex nu
la noſtra uirtute ſubſiſtim⁹: concede propitius: ut interceſſione beati ſixti martyris tui atq; pōtificis contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum.

¶ In die tranſfigurationis dn̄i noſtri ieſu chriſti. Oratio.

DEus qui unigenitum tuum hodierna die mirabiliter tranſfor
matum cœlitus utriuſq; teſtament
patribus reuelaſti: da nobis quæſu

Digitized by Google

mus beneplacitis tibi actibus ad ei ſemper cõtemplandum pertingere gloriam: in quo tue paternitate opti me cõplacuiſſe teſtatus es. per eun.

¶ De ſancto laurentio. Oratio.

DA nobis quæſumus omnipotens deus uitiorũ noſtrorũ flãmas extinguere: qui beato laurẽtio martyri tuo tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſupera. per do.

¶ Tiburtii martytis. Oratio.

BEati tiburtii nos domine foueãt continuata preſidia: quia non deſinis propitius intueri: quos talib' auxiliis cõceſſeris adiuuari. per.

¶ VIGILIA ASVMPTIONIS beate marie. Oratio.

DEus qui uirginalem aulã beate Marie in qua habitares eligere dignatus es: da q̃ſumus: ut ſua nos deffenſione munitos: iocundos faciat ſue intereſſe feſtiuitati. Qui uiuis & regnas. Sacra.

Muncra noſtra dñe apud clementiã tuam dei genitricis cõmẽdet oratio: quam idcirco de preſenti ſeculo tranſtuliſti: ut pro peccatis noſtris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem. poſt cõm.

Concede quæſumus omnipotens deus fragilitati noſtre præſidium: ut qui ſancte dei genetricis requiem celebramus: interceſſionis eius auxilio a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eundem.

¶ In die. Oratio.

Veneranda nobis dñe huius diei feſtiuitas opem conferat ſalutarem: in qua ſancta dei genitrix mortem ſubiit tẽporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit que filiũ tuum dominũ noſtrũ de ſe genuit incarnatum. Qui tecum. Sacra.

Subueniat domine plebi tue dei genitricis oratio: quam & ſi pro conditione carnis migraſſe cognoſcimus in cœleſti gloria ꝓ nobis apud te orare ſentiamus. per eun.

Menſe cœleſti participes effecti imploramus clementiam tuam domine deus noſter: ut qui feſta ſancte dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus eius interceſſionibus liberemur. per eundem.

¶ Octaua die ſancti laurẽtii. Oro.

BEati Laurentii q̃ſumus domine nos faciat paſſio ueneranda letantes: & ut eam ſufficienter recolamus dignos efficiat. p. Sacra.

Beati laurentii martyris tui honorabilẽ paſſionem muneribus domine geminatis exequimur: que licet propiis ſit memoranda principiis indeſinenter tamẽ permaneant glorioſa. Per. poſt cõ.

Solemnis domine nobis interceſſio beati laurẽtii martyris tui queſumus preſter auxilium: ut cęleſtis mẽſe participatio quam ſumpſimus: tribuat eccleſie tue receſitam leticiã. Per dominum.

¶ Agapiti martyris. Oratio.

LEtetur eccleſia tua deus beati agapiti martyris tui cõfiſa ſuffragiis: atq; eius precibus glorioſis: & deuota permaneat & ſecura conſiſtat. Per dominum.

¶ Octaua die ſancte Marie. Oratio.

REmalorum tuorũ quæſumus domine delictis ignoſce: ut qui tibi placere de actibus noſtris non

ualeamus genitricis filii tui domini noſtri interceſſione ſaluemur. p eū/dem dominum noſtrum.

¶ Timothei & ſimpho/riani. Oratio.

Benedictio tua domine impleat corda fideliū taleſq efficiat qui & martyrum tuorum Timothei & ſimphoriani paſſionem honorifi/cent: & remedia ſalutis eterne eorū dem patrocinantibus meritis aſſe/quantur. Per dominum.

¶ Bartholomei apoſtoli. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: qui huius diei ueneranda ſctāmq leticiam beati apoſtoli tui bartho/lomei feſtiuitate tribuiſti: da eccleſie tue quęſumus: id amare quod credi dit & predicare quot docuit. per.

¶ Auguſtini epiſcopi. Oratio.

Adeſto ſuplicationibus noſtris omnipotens deus: & quibus fi/duciam ſperande pietatis indulges intercedente beato Auguſtino con feſſore tuo atq pontifice: conſuete miſericordie tribue benignus effe/ctum. per dominum.

¶ Gerini atq iuliani. Oratio.

Deus qui beatos martyres tuos gerinum atq iulianum uirtute conſtantie in paſſione roboraſti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo pſpera mundi deſpicere & nula eius aduerſa formidare. Per.

¶ Decollatio ſancti ioannis baptiſte. Oratio.

Sancti ioānis baptiſte & marty/ris tui domine quæſumus uene randa feſtiuitas: ſalutaris auxilii no/bis preſtet effectum. Per dominum.

¶ Felicis & adaucti. Oratio.

Maieſtatem tuam ſupplices de/pcamur: ut ſicut nos iugiter ſanctorū tuorū felicis & adaucti cō memoratione letificas: ita ſemp ſup plicatione deffendas. per do.

¶ Egidii abbatis. Oīo.

Pretende nobis domine miſeri cordiam tuā: ut beati egidii ab batis itерceſſio: cuius nos dediſti pa trociniis adiuuari: tribue ut maieſta tem tuā iugiter exoret p nobis. Per.

¶ Antonii. Oīo.

Omnipotens ſempiterne deus fi/delium indeficiens cōſeruator qui glorioſi martyris tui ātonini cla rificare dignatus es ſolēnitatem ex/audi preces ſupplicantis eccleſie: & preſta: ut quod deuote expetit: eo ſu fragante conſequi mereatur. per.

¶ Natiuitas ſancte ma/rie. Oīo.

Supplicationem ſeruorū tuorū deus miſerator exaudi: ut qui ī natiuitate dei genitricis Marie con gregamur, eius interceſſionibus a teda inſtantibus periculis eruamur. Per eundem. Sacra

Unigeniti tui dn̄e nobis ſucurrat humanitas: ut qui natus de uirgine matris integritatem nō minuit ſed ſacrauit: in natiuitatis eius ſolemnis a n̄ris nos piaculis exuens: oblatio/nem noſtrā ſibi faciat acceptā. Qui tecum uiuit. poſt cōmu.

Sumpſimus domie celebritatis an nue uotiua ſacramenta: preſta quæ/ſumus: ut temporalis nobis uite re/media prebeant & eterne. per.

¶ Adriani martyris. Oratio.

Concede quæſumus omnipo/tens deus ut ſancti adriani mar

tyris tui ſociorumq; eius ueneranda feſtiuitas ſalutaris auxilii preſtet augmentum. per eundem.

¶ Exaltatio ſancte crucis. Oratio.

DEus qui nos hodierna die exaltationis ſancte crucis annua ſolemnitate letificas: preſta queſum⁹: ut cuius myſterium in terra cognouimus eius, redemptionis premia cõſequi mereamur. Per eundem dominum noſtrum. Sacra.

Ieſu chriſti domini noſtri corpore ſignati: per quem crucis eſt ſãctificatum uexillum: quæſumus domine deus noſter: ut ſicut illam adorare meruimus: ita perennitatis ei⁹ gloria ſalutari potiamur effectu. per eundem dominum. Poſt cõmu.

Quæſum⁹ omnipotẽs deus ut quos diuina facis participatione gaudere: hũanis nõ ſinas ſubiacere piculis. p.

¶ Sanctorum martyrumq; corneli & cipriani. Oratio

INfirmitatem noſtram q̃ſumus domine propitius reſpice: & mala omnia que iuſte meremur: ſanctorum martyrum tuorum cornelii & cipriani interceſſione auerte. Per.

¶ Sancti nicomedis. Oratio.

ADeſto domine populo tuo: ut beati nicomedis martyris tui merita preclara uenerantes ad ipetrandã miſericordiam tuã ſemper eius patrociniis adiuuemur. per.

¶ In uigilia ſancti matthei apoſtoli. Oratio.

DA quæſumus omnipotẽs deus ut beati matthei apoſtoli tui & euangeliſte quã preuenimus: uenerãda ſolẽnitas & deuotionem nobis augeat & ſalutẽ. p. In die. Oratio.

BEati matthei apoſtoli tui & euãgeliſte quæſumus domine precibus adiuuemur: ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet: eius nobis interceſſione donetur. per. Sacra.

Supplicationibus apoſtoli tui matthei & euangeliſte quæſumus dñe: tue eccleſie oblatio accepta reddat: atq; magnificis eius predicationibus ſemper erudiamur: & deuota permaneat. Per dominum.

¶ Mauricii. Exuperii. Innocentii martyrum. Oratio.

DEus qui es omniũ ſanctoꝝ tuorũ ſplẽdor mirabilis quiq; hunc diem in honore beatorum martyrũ tuorum mauritii: exuperii: candidi: uictoris: innocentii: & uitalis ſociorumq; eorum martyrio conſecraſti: da eccleſie tue de eorum letari ſolẽnitate: ut apud miſericordiam tuam exemplis eorum & meritis adiuuemur. Per dominum.

¶ Coſme & damiani. Oratio.

PReſta quæſumus omnipotens deus: ut qui ſanctorum martyrũ tuorum coſme & damiani natalicia colimus: a cunctis malis imminẽtibus eorum interceſſionibus liberemur. Per.

¶ Sãcti michaelis archangeli. Orõ

DEus qui miro ordine angelorũ miniſteria hominumq; diſpenſas concede propitius: ut a quibus tibi miniſtrantibus in celo ſemper aſſiſtitur: ab his i terra noſtra a uita muniamur. Per. Sacra.

Hoſtias tibi domine laudis offerimus ſuppliciter deprecantes: ut eaſdem angelico pro nobis interueniente ſuffragio & placatus accipias:

Digitized by Google

& ad ſalutem noſtram peruenire cõcedas. per dominum. Poſt cõmu. Beati archangeli tui michaelis interuẽtione ſuffulti ſuppliciter te dñe deprecamur: ut quod ore proſequimur: cõtingamus & mente. p.

℄ Sancti hieronimi. Oro.

Sancti nos domĩe hieronimi natalicia uotiua letificẽt: & ſue beneficiis interceſſionis attollãt. p.

℄ Remigii & germani. Oratio

Exaudi domine populũ tuũ & ſanctorũ confeſſorũ tuorũ remigii & germani uedaſti antiſtitum ſolemnia celebrãtes temporalis uite nos tribue pace gaudere: & eternũ reperire ſubſidiũ. Per dominum.

℄ Sancti franciſci cõfeſſoris. Oro.

Deus qui eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere: & celeſtium dominorum ſemper participatione gaudere. per dominum.

℄ Marci pape. Oratio

Exaudi domine pces noſtras & interueniẽte beato marco confeſſore tuo atq; pontifice: ſupplicationes noſtras placatus intende. p.

℄ Calixti pape. Oratio.

Deus qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deficere: ad amorem tuũ nos miſericorditer per ſanctorum tuorum exempla reſtaura. Per dominum.

℄ Luce euangeliſte. Oratio.

Interueniat pro nobis domine q̃ſumus ſanctus lucas euangeliſta qui crucis mortificatione iugiter in ſuo corpore pro tui nominis amore portauit. per dñm. Sacra.

Donis cœleſtibus da nobis domĩe quæſumus libera tibi mẽte ſeruire: ut munera q̃ deferimus interueniente beato euangeliſta tuo luca: & medelam nobis operentur & gloriam. Per dominum. Poſt cõmu.

Repleti domine benedictione celeſti ſuppliciter exoramus ut quod fragili celebramus officio: beati Luce euangeliſte tui nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. per dominum.

℄ In feſto undecim millium uirginum. Oratio

Oreſumus omnipotens deus: q nos beatorũ uirginũ & martyrum annua ſolemnitate letificas: tu piis pcibus noſtrorũ peccatorũ remiſſionẽ tribue: quatinus recto tramite ad perpetuam beatitudinem mereamur feliciter peruenire. per.

℄ In uigilia apoſtolorum ſimonis & iude. Oratio.

Concede quæſum⁹ omnipotẽs deus: ut ſicut apoſtolorũ tuorum Simonis & Iude glorioſa natalicia preuenimus: ſic ad tua beneficia promerenda: maieſtatem tuam pro nobis ipſi preueniant. per. In die

Deus qui beatos apoſtolos tuos Simonem & Iudam ad agnitionẽ tui nominis uenire tribuiſti: da nobis eorum gloriam ſempiternam & proficiendo celebrare: & celebrãdo proficere. per. poſt cõ

Preceptis domine ſacramẽtis: ſupplices te rogamus: ut intercedentibus beatis apoſtolis tuis ſimone & Iuda: q́ue pro illorum ueneranda gerimus paſſione: nobis proficiant ad medelam. per dominum.

℄ In uigilia omniũ ſanctorũ. Oro.

Domine deus noſter: multiplica ſuper nos gratiã tuã: & quorũ preuenimus glorioſa ſolemnia tribue ſubſequi in ſancta profeſſione leticiam. per. Sacra.

Altare tuũ domine muneribus cumulamus oblatis: da quæſumus: ut ad ſalutem noſtram omniũ ſanctorũ tuorũ deprecationes proficiant: quorum ſolemnia uentura precurrimus. Per dominũ. poſt cõmu.

Sacramentis dñe & gaudiis optata celebritate expletis: queſumus ut eorum precibus adiuuemur: quorũ recordationibus exhibentur. per.

¶ In die. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: q nos omnium ſanctorum merita ſub una tribuiſti celebritate: uenerari quæſumus: ut deſideratam nobis tue propiciationis abundãtiam multiplicaris intercefforibus largiaris. per dominum noſtrum.

¶ In cõmemoratione fideliũ defunctorum: Oratio.

Fidelium deus omnium conditor & redemptor animabus famulorum famularũq tuarũ remiſſionem cunctorũ tribue peccatorũ: ut indulgentiã quam ſemper optauerũt piis ſupplicationibus cõſequãtur. Qui uiuis & regnas. Sacra

Hoſtias quæſumus domine quas tibi pro animabus famulorũ famularũq tuarũ offerimus propitiatus intende: ut quibus fidei chriſtiana meritum cõtuliſti dones & premium. Per dominum. Poſt cõmu.

Animabus q̃ſumus domine famulorũ famularũq tuarum omniũq fidelium defunctorum oratio proficiat ſupplicantiũ: ut eas & a peccatis omnibus exuas: & tue redemptionis facias eſſe participes. Qui ui.

¶ Sancti theodori martyris.

Deus qui nos beati Theodori martyris tui cõfeſſione glorioſa circundas & protegis: preſta nobis eius imitatione proficere: & oratione fulciri. Per dominum.

¶ In feſto quattuor coronatorum. Oratio.

Preſta quæſumus omnipotens deus: ut qui glorioſos martyres fortes in ſua confeſſione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per dominum.

¶ Sancti martini. Oratio.

Deus qui conſpicis quia ex nulla noſtra uirtute ſubſiſtimus: concede propitius: ut interceſſione beati martini confeſſoris tui atq pontificis cõtra omnia aduerſa muniamur per. Sacra.

Da miſericors deus ut hęc nos ſalutaris oblatio: itercedẽte beato Martine confeſſore tuo atq pontifice: & ad propriis reatibus indeſinenter expediat: & ab omnibus tueatur aduerſis. per. poſt cõ.

Preſta quæſumus dñe deus noſter ut cuius feſtiuitate uotiũa ſunt ſacramenta: eius interceſſione nobis ſalutaria reddantur. per dominum.

¶ Sancti bricii epiſcopi. Orõ.

Da quæſumus omnipotens de⁹: ut beati bricii confeſſoris tui atq pontificis uenerãda ſolemnitas & deuotionẽ nobis augeat & ſalutẽ. p.

¶ Sancte heliſabet. Oratio.

Tuorũ corda fideliũ deus miſerator illuſtra: & beate Heliſa

bet pcibus glorioſis fac nos proſpera mundi deſpicere: & cęleſti ſemper conſolatione gaudere. per.

Sancte cecilie uirginis. Oratio

Deus qui annua beate cecilie uirginis & martyris tue ſolemnitate letificas. da ut quā ueneramur officio: etiam pie conuerſationis ſequamur exemplo. per dominum.

De ſancto clemente. Oro.

Deus qui nos annua beati clementis martyris tui atq; pōtificis ſolennitate letificas concede propiti⁹: Vt cuius natalicia colimus: uirtutē quoq; paſſionis imitemur. per.

Sācte catherine uirginis. Oratio.

Deus qui dediſti legem moyſi in ſumitate montes ſinay: & in eodem loco corp⁹ beate catherine uirginis & martyris tue per ſanctos angelos tuos mirabiliter collocaſti: cōcede propitius: ut eius meritis & itercceſſione ad montem qui chriſtus eſt ualeamus puenire. per eundem.

De ſancte cruce. Oro.

Deus qui unigeniti filii tui domini noſtri ieſu chriſti precioſo ſanguine uiuifice crucis uexillum ſanctificare uoluiſti: concede quæſumus eos qui eiuſdem ſancte crucis gaudent honore: tua quoq; ubiq; protectione gaudere. per.

Alia oratio de cruce. tēpore reſurrectionis.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum ſubire uoluiſti: ut inimicia nobis expelleres poteſtatem: concede nobis famulis tuis: ut reſurrectionis gratiam cōſequamur. per. Sacra.

Purifica nos miſericors deus: ut eccleſie tue preces: que tibi gratę ſunt pia munera defferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominum noſtrum. Poſt cōm.

Largire ſenſib⁹ noſtris omnipotēs deus: ut per temporalem filii tui mortem: quam myſteria ueneranda teſtantur: uitam nobis te dediſſe perpetuam confidamus. Per eundem.

Oratio beate marie.

Deus qui ſalutis eterne beate Marie uirginitate fecunda humano generi premia preſtitiſti: tribue quæſumus: ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quā meruimus auctorem uite ſuſcipere. Dominum. Alia oratio.

Concede nos famulos tuos quęſumus domine deus perpetua mentis & corporis ſalute gaudere: & glorioſa beate marie ſemper uirginis interceſſione: a preſenti liberari triſtitia & eterna perfrui leticia. Per dominum. Sacra.

Tua domine propiciatione & beate Marie ſemper uirginis interceſſione: ad perpetuam atq; pſentem hæc oblatio nobis proficiat proſperitatē & pacem. Per. Poſt cōm.

Sumptis domine ſalutis noſtre ſubſidiis: da qſumus beate Marie ſemp uirginis nos patrociniis ubiq; protegi: in cuius ueneratione hæc tue obtulimus maieſtati. Per dominum.

De omnibus ſanctis. Oro.

Concede quæſumus omnipotēs deus: ut interceſſio nos ſancte dei genitricis ſemperq; uirginis Marie: ſanctorumq; omnium cœleſtium uirtutum: & beatorū patriarcharum. prophetarum. apoſtolo

rum martyrum . confeſſorum: atq
uirginum. & omniũ electorũ tuorũ
ubiq letificet: ut dum eorum meri/
ta recolemus: patrocinia ſentiamus
Per dominum noſtrum.

¶ Alia de omnibus ſanctis.

A cũctis nos q̃ſumus domine men
tis & corporis defende periculis: & in
tercedẽte dei genitrice maria: & bea
tis apoſtolis tuis petro & paulo atq
dominico: cum omnibus ſanctis:
ſalutem nobis tribue benignus &
pacem ut deſtructis aduerſitatibus
& erroribus uniuerſis: eccleſia tua ſe
cura tibi ſeruiat libertate: p. Sacra.

Mundet & muniat nos quæſumus
domine diuini ſacramenti munus
oblatum: & intercedente beata dei
genitrice Maria: & beatis apoſtolis
tuis petro & paulo atq beato domi/
nico cum omnibus ſanctis: a cun/
ctis nos reddas & peruerſitatibus ex
piatos & aduerſitatibus expeditos.
Per eundem.

¶ Pro quacũq neceſſitate.

INeffabilem miſericordiam tuã
dñe nobis clementer oſtende ut
ſimul nos a peccatis omnib' exuas:
& a penis quas pro his meremur eri/
pias. Per dominum. Poſt cõmu.

Preſta quæſumus domine: ut eter/
nis effectibus expiati: ad ſuperni ple
nitudinem ſacramenti: cuius libaui/
mus ſancta tendamus. per do.

¶ Pro papa. Orõ.

DEus omniũ fidelium paſtor &
rector: famulũ tuum. N. quem
paſtorẽ eccleſie tue preeſſe uoluiſti:
propitius reſpice: da ei q̃ſumus uer/
bo & exẽplo q̄bus p̄eſt p̄ficere: ut ad
uitam una cũ grege ſibi credito pro
ficiat ſempiternam. Per dominum.

¶ Pro eccleſie tribulatione.

ECcleſie tue domine preces pla/
catus admitte: ut deſtructis ad
uerſitatibus & erroribus uniuerſis ſe
cura tibi ſeruiat libertate. per.

¶ Pro peccatis. Oratio.

EXaudi quæſum' domĩe ſuppli/
cũ p̃ces: & confitẽtiũ tibi parce
peccatis: ut pariter nobis indulgẽtiã
tribuas benignus & pacẽ. p. dñm.

¶ Pro predicatoribus. Oratio.

COrda famulorũ tuoꝝ dñe illu/
mina ſpũſſancti gratia: & igni
tum eis colloquium dona: & q tuũ
predicant uerbum: largire uirtutis
augmentum per. Sacra.

Famulis tuis domine uerbum tri/
bue gratioſum & munera oblata ſã
ctificans: corda eorũ in ſalutari tuo
quæſumus uiſita. per. Poſt cõ.

Conſerua domine famulos tuos
unigeniti tui corpore & ſanguine ſu
ſcepto: & tuum nunciantibus uerbũ
largitatem tribue gratiarum. per.

¶ Pro familiaribus. Oratio.

DEus qui charitatis dona: per
gratiam ſancti ſpiritus tuorum
cordibus fidelium infudiſti: da fa/
mulis & famulabus tuis: pro quibus
deprecamur tuam clementiam: ſa/
lutem mentis & corporis: ut te tota
uirtute diligant: & que tibi placita
ſunt tota dilectione perficiant. per
dominum. in unitate eiuſdem.

¶ Pro pace. Oratio.

DEus a quo ſancta deſideria: re/
cta conſilia: & iuſta ſunt ope/
ra: da ſeruis tuis illam quam mũdus
dare non poteſt pacem: ut & cor/
da noſtra mandatis tuis dedita: &

Digitized by Google

hoſtium ſublata formidine: tempora ſint tua protectione tranquilla. Per dominum. Sacra.

Deus qui credētes in te populos nullis ſinis concuti terroribus: dignare preces & hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: ut pax tua pietate cōceſſa: tibi christianorum fines ab omni hoſti faciat eſſe ſecuros. per dominum noſtrum. poſt cōm.

Deus auctor pacis & amator quem noſcere: eſt uiuere: cui ſeruire regnare eſt: ptege ab omnibus impugnationibus ſupplices tuos: ut qui in defenſione tua confidimus: nulli⁹ hoſtilitatis arma timeamus. per.

¶ Pro iter agentibus. Oratio.

Adeſto domine ſupplicationibus nr̄is & uiam famulorū tuorum in ſalutis tuę proſperitate diſpone. ut inter omnes uie & uite hui⁹uarietates: tuo ſemper protegamur auxilio. per. Sacra.

Propitiare domine ſupplicationibus noſtris: & has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis: benignus aſſume: ut uiā illorū: & precedēte gratia tua dirigas: & ſubſequēte comitari digneris: ut de actu atq; in columitate eorū: ſecundū miſericordie tue pſidia gaudeamus. Per.

¶ Pro infirmis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus ſalus eterna credētiū: exaudi nos pro famulis tuis: pro quibus miſericordie tue imploramus auxilium: ut reddita ſibi ſanitate: gratiarum tibi in eccleſia tuā referat actionem. Per dūm nr̄m. Sacra.

Deus cuius nutibus uite noſtre momenta decurrunt: ſuſcipe preces: & hoſtias famulorum tuorum pro quibus egrotantibus: miſericordiā tuā imploram⁹: ut de quorum periculo metuim⁹: de eorum ſalute letemur. Per dūm nr̄m ieſum.

¶ Ad poſtulādā pluuiā.

Deus in quo uiuimus: mouemur & ſum⁹: pluuiam nobis tribue cōgruētē: ut preſentib⁹ ſubſidiis ſufficienter aduti ſempiterna fiducialius appetamus. Per.

¶ Pro ſerenitate. Oratio.

Ad te domine clamantes exaudi: & aeris nobis ſerenitatem tribue ſupplicantibus: ut q iuſte pro peccatis noſtris affligimur: miſericordia tua preueniēte clemētiā ſentiamus. per dūm.

¶ Pro prelatis & cōgregatione.

Omnipotens ſempiterne deus: q facis mirabilia magna ſolus ptende ſuper famulos tuos & ſuper cūctas cōgregatiōes illis cōmiſſas ſpiritum gratie ſalutaris: & ut in ueritate tibi cōplaceant pperpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Per dūm nr̄m.

¶ Pro rege. Oratio

Queſumus omnipotēs deus: ut famulus tuus rex noſter q tua miſeratiōe ſuſcepit regni gubernacula: uirtutem etiam omnium a te capiat incrementa: quibus decenter ornatus: & uitiorum monſtra deuitare: & hoſtes ſuperare: & ad te qui uia: ueritas & uita es: gratioſus ualeat peruenire per dominum.

¶ Pro tētatis & tribulatis. Oratio

Deus qui iuſtificas impium: & non uis mortem peccatorum: maieſtatem tuam ſupplici ter depre

eamur:ut famulos tuos de tua miſericordia confidentes: cœleſti protegat benignus auxilio:& aſſidua protectione conſerues : ut tibi iugiter famulentur:& nullis tétationibus a te ſeparentur. Per dominum.

¶ Ad inuocandam gratiam ſancti ſpiritus. Oratio.

Deus cui omne cor patet: & omnis uoluntas loquitur: & quem nullum latet ſecretum: purifica per infuſionem ſpiritusſancti cogitationes cordis noſtri: ut te perfecte diligere :ut digne laudare mereamur. Per dominum. in unitate eiuſdem.

¶ Cõtra tétationé carnis. Oratio.

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros & cor noſtrum domine ut tibi caſto corpore ſeruiamus: & mundo corde placeamus. per dominum. in unitate eiuſdem.

¶ PRO DEFVNCTIS orationes.

¶ Pro epiſcopo. Oratio.

Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulũ tuum pontificali feciſti dignitate uigere. preſta quę ſumus:ut eorum quoq; ppetuo aggregetur cõſortio. per dñm.

¶ Pro uiro defuncto.

Inclina dñe aurem tuã ad p̃ces noſtras:quib⁹ miſericordiã tuam ſupplices deprecamur:ut animã famuli tui :quam de hoc ſeculo migrare iuſſiſti :in pacis ac lucis regione cõſtituas: & ſanctorũ tuorum iubeas eſſe conſortem. per dominum.

¶ Pro femina. Oratio.

Quęſumus dñe : pro tua pietate miſerere anime famule tue & a contagiis mortalitatis exutam in eternę ſaluationis partem reſtitue. per dominum.

¶ In anniuerſario. Orõ.

Deus indulgentiarum domine: da animabus famulorũ famularũq; tuarum : quorum anniuerſarium depoſitionis diem cõmemoramus: refrigerii ſedẽ : quietis beatitudinem: & luminis claritatem. per.

¶ Pro fratribus familiaribus & benefactoribus. Orõ.

Deus uenie largitor & humane ſalutis amator: quæſum⁹ immenſam clementiam tuam : ut noſtre cõgregationis fratres : ſorores: propinquos:amicos: familiares : & benefactores noſtros qui ex hoc ſeculo trãſierũt: btã Maria ſemp uirgine intercedente cũ omnibus ſanctis: ad perpetue beatitudinis cõſortium peruenire concedas. per do.

¶ Pro parentibus. Oratio.

Deus qui nos patrem & matrẽ honorare precepiſti: miſerere clementer animabus parentum noſtrorum : eorũq; omnia peccata dimitte: noſq; cum eis eternitate claritatis gaudio fac uiuere. per.

¶ De familiaribus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus cui nunq̃ ſine ſpe miſericordie ſupplicatur: propiciare animabus famulorum famulatũq; tuarum: ut q de hac uita in tui nominis cõfeſſione deceſſerunt : ſanctorũ tuorũ numero facias aggregati. per.

¶ Pro his qui in cimenterio requieſcunt. Oratio.

Deus cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt : famulis & famulabus tuis omnibus hic &

ubiq̃ in chriſto quieſcentib' da pro-pitius ueniam peccatorum: ut a cũ-ctis reatibus abſoluti tecũ ſine fine letentur. Per dominum.

¶ Pro uiuis & defunctis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui uiuorũ dominaris ſimul & mortuorum omniumq̃ misereris: quos tuos fide & opere futuros eſſe prenoſcis: te ſuppliciter exoram' ut pro quibus effundere preces decre-uimus: quoſq̃ uel preſens adhuc ſe culum in carne retinet: uel futurum iã exutus corpore ſuſcepit: pietatis tue clementia: omnium delictorum ſuorum ueniam: & gaudia cõſequi mereantur eterna. per dominum.

¶ Pro uiuis & defunctis. Oro

Pietate tua quæſumus dñe no-ſtrorũ ſolue uincula omniũ de-lictorum: & intercedente beata & glorioſa ſemperq̃ uirgine dei geni trice Maria cũ omnibus ſanctis tuis nos famulos tuos & omnem popu-lum catholicum in omni ſanctitate cuſtodi: omneſq̃ con ſanguinitate. ac familiaritate. uel confeſſione: & oratione nobis iunctos: uitiis omni bus purga uirtutibus illuſtra pacem & ſalutem nobis tribue: hoſtes uiſi-biles & inuiſibiles remoue: amicis & inimicis noſtris uerã charitatẽ largi re: & oĩb' fidelibus uiuis ac defunctis uitã & requiẽ eternã cõcede. p.

¶ Pro uitanda mortalitate.

Deus qui non mortẽ ſed penitẽ-tiam deſideras peccatorum: po pulum tuum quæſumus: ad te cõuer te propitius: ut dũ tibi deuotus exi ſtit: iracundie tue ab eo flagella ſem per amoueas. Per dominum.

¶ Orationes domini no ſtri ieſu chriſti. Oro.

Ieſu nazarene reſpice tribulatio nes: q̃ circũdederunt nos undi-q̃ & deprecor te toto corde cõtrito & humili ac in ſpiritu humilitatis: ut exaudias me de tribulatione. pro pter quam te inuoco & proclamo al pha. & o. ieſu chriſte benedicte: pa-ter omniũ credẽtium atq̃ omnium creaturam: & ſicut ueram carnem de beata uirgine Maria ſuſcepiſti: ita ueraciter accipiamus quod ad te petimus. Qui uiuis & regnas.

¶ Pro tribulatione. Oratio.

Deus qui contritorum non de-ſpici: gemitus: & credẽtium in te non ſpernis affectum: intercedẽ-tibus omnibus ſanctis tuis adeſto, p̃-cibus noſtris: quas tibi pro tribula-tione noſtra effundimus: eaſq̃ cle-mẽter ſuſcipi tribuas: ut quicquid contra nos diabolice atq̃ humane moliũtur aduerſitatum fraudes: ad nihilum redigantur: & conſilio pie-tatis tue allidantur: ut nullis aduer-ſitatibus leſi: ſed de omni tribulatio ne & anguſtia erepti leti in eccleſia tua tibi gratias referam'.

¶ Pro ſeuetipſo. Oratio.

Omnipotens ſempiterne de' tue gratie pietatẽ ſupplici deuotio ne depoſco: ut omnium malorum meorum uincula ſoluas: cunctiſq̃ meis criminibus & peccatis clemen ter ignoſcas: & quia me indignũ & peccatorẽ ad myſteriũ tuum uoca-re dignatus es: ſic me idoneum mi-niſtrum tibi efficias: ut ſacrificium de manibus meis placide ac beni-gne ſuſcipias: electorumq̃ ſacerdo

rum me participem facias: & de pre-
ceptis tuis in nullis oberrare me per
mittas. Per dominum. Sacra.

Deus qui te precipis a peccatoribus
exorari: tibiq; sacrificium contriti
cordis offerri: hoc sacrificium quod
indignis manibus meis offero: acce
ptare digneris: & ut ipsi tibi hostia &
peccatorum meorum percipiant re
missionem. per. post cõ.

Deus qui uiuorum es saluator om-
nium: qui non uis mortem peccato-
rum: nec letaris in perditione mo-
rientium: te suppliciter deprecor ut
per hec sancta que sumpsi: cõcedas
mihi ueniam delictorum meorũ: ut
admissa defleã: & deflenda post mo-
dum non admittã: ut cũ mihi extre
mi dies finesq; uite mee aduenerint:
mũda eum a delictis omnib⁹ me an
geli sancti tui suscipiant. per.

De sancto emerico. Oratio.

Deus qui emericũ iuuenile flore-
nitentem in sanctorum con-
fessorum tuorum consortium subli
masti: presta quesumus: ut quem ti
bi fecisti esse deuotum eius apud te
perpetuum sentiamus auxiliũ. Per
dominum.

De quinq; plagis domini nostri ie
su christi. Oratio.

Domine Iesu christe filii dei uiui
qui de coelis ad terram: de sinu
patris decendisti: & in lingo crucis
quinq; plagas sustinuisti: & sangui-
nem tuum preciosum in remissionẽ
peccatorum nostrorum fudisti: te hu
militer imploram⁹: ut in die iudicii
ad dexterã tuã audire mereamur: ue
nite benedicti p̃r̃is mei Qui uiuis.

De tribus magis. Oĩo.

Deus qui tres magos orientales
gaspar. melchior: & baltasar:
ad filii tui dñi nr̃i Iesu christi cuna-
bula: ut eum mistiicis adorarent mu
nerib⁹: sine impedimento duxisti &
reduxisti: cõcede famulis tuis in hoc
itinere quod peracturi sunt per ipso
rum trium regũ: ias intercessiones
& merita: pacem & prosperitatẽ ac
sanitatẽ: quaten⁹ ipso uero sole: ue-
ra stella: & uero lumine ducente ad
loca optata: sine offensione & impe
dimento puenire mereatur. p eun.

De diuisione apostolorũ. Oĩo.

Deus qui diuisionem apostolo-
rum tuorum hodierna die per mun-
dum fieri in tua prouidentia in ordi
nasti: ut in una fidei gratia gentium
per orbem ubiq; dispersa uocaretur
ecclesia: da nobis per supplicationẽ
ipsorũ ueniã promereri peccatorũ:
quorũ uera predicatione ad tui scti
nominis preueniam⁹ agnitionẽ. p .

De sancto stephano rege & confe
ssore ungarorum. Oĩo.

Deus qui beatũ stephanũ regem
& cõfessorem tuũ terreni impe
rii gloria & honore coronasti: & san
ctorum tuorũ societate sublimasti:
presta qs: ut quem panonia habuit
diuine religionis doctorem in terris
eũ modo ecclesia tua mereatur habe
re defensorem in celis. per.

De sctõ gregorio pro defunctis

Omnipotẽs sempiterne de⁹: qui
nos beati Gregorio cõfessoris
tui atq; pontificis cõmemoratione
letificas: concede propitius ut q eius
precib⁹ & meritis defunctorum ani
mas a supplicis misericorditer libe-
rasti: liberes quoq; eiusdẽ piis suffra-

giis animã famuli tui.N.a tormen-
tis eternis: ereptamq̧ cœleſtium bo-
norum facias eſſe conſortem.per.

¶ Hæc oratio dicatur ante.
benedictiones ſequentes.

DEus qui famulo tuo moyſi in li-
beratione populi tui de egipto
agnũ occidere iuſſiſti in ſimilitudi-
nem domini noſtri ieſu xpi:& utroſ-
q̧ poſtes domorũ de ſanguine hui⁹
agni perũgi pcepiſti:ita bñdicere &
ſanctificare digneris hanc creaturã
carnis:quam nos famuli tui ad lau-
dem tuam ſumere deſideramus. per
reſurrectionem domini noſtri Ieſu
chriſti. Qui tecum.

¶ Benedictio carniũ uel auiũ. Oro.

DIgnare domine de⁹ ops benedi-
cere & ſanctificare has ouium
ſiue auium carnes:ut quicunq̧ ex po
pulis tuis fideliter de eis comederit:
omni benedictione cũ gratia ſatu-
rari repleantur bonis.per.

¶ Benedictio caſei & ouorum.

DEus creator & cõſeruator gene
ris humani:dator & gratie ſpi-
ritualis:largitor eterne ſalutis domi
ne:effunde benedictionẽ tuã ſuper
hanc creaturã caſei & ouorum:ut ar
mata cęleſti defenſione:qcũq̧ ex eis
guſtauerint: ſibi proficiat ad eternã
ſalutem.per dominum.

¶ Benedictio panis.

DOmine ſancte pater omnipo-
tens eterne deus: benedicere di
gneris hunc panem tua ſancta ſpiri
tuali benedictionę: ut ſit omnibus
ſumentibus ſalus mentis & corpo-
ris: atq̧ contra omnes morbos &
uniuerſas inimicorum inſidias tuta-
men.per dominum.

¶ Benedictio loci uel domus.

BEnedic dñe deus omnipotens
locũ iſtũ:uel domũ iſtam: ut
ſit in eo uel in ea ſanitas.caſtitas. ui-
ctoria.uirt⁹.humilitas.bõitas.& mã
ſuetudo.plenitudo legis & gratiarũ
actio deo patri & filio & ſpiritui ſctõ
& hęc benedictio maneat ſuper hũc
locum: uel ſuper hanc domum: &
ſuper habitantes in eo:uel in ea. Per
dominum noſtrum.

¶ Benedictio unicuiq̧ rei.

BEnedic domine creaturã iſtam.
N.uel.N.ut ſit remedium ſalu
tare generi humano:& preſta per in
uocationem tui ſancti nominis: ut
quicũq̧ ex ea ſumpſerint: uel guſta
uerint:corporis ſanitatem & anime
tutelam percipiant.per.

¶ Benedictio nouorum fructum.

BEnedic domine hunc fructum
nouum arborum:ut hi q utan
tur eo:ſint mente & corpore ſanita-
ti reſtitui.per dominum.

¶ Benedictio uue uel fici.

BEnedic domine hos fructus no
uos uue ſiue ficuum: quos tu
dñe proré cœli: & inũdantiã pluuia
rũ: & tẽpora ſerena atq̧ tranquilla
ad maturitatem producere dignat⁹
es percipiendos nobis cum gratiaꝝ
actione.Per dominum.

¶ Benedictio ouorum.

SVbueniat q̃s domine tue bene
dictionis gratia huic ouorum
creature:de qua pulios gallinarum
procreare dignatus eſt:ut cibus ſalu
bris fiat fidelibus tuis in tuarum gra
tiarum actione ſumentibus.per.

¶ DE ORATIONIBVS.
ad catecuminum faciendum.

OMnipotens ſempiterne deus pater domini nr̃i ieſu xp̄i reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem ad rudiméta fidei uocare dignatus es: omné cecitaté cordis ab eo expelle: diſrumpe oẽs laqueos ſathane: quibus fuerat colligatus. Per xp̄m dn̄m noſtrum.

Aperi ei dñe iánuam pietatis tue & ſigno ſapientie tue imbutus: omniũ cupiditatum fetoribus careat: & ad ſuauẽ odoré preceptorũ tuorũ letus tibi in ecleſia tua deſeruiat: & proficiat de die in diem: ut idoneus efficiatur accedere ad grtiam baptiſmi tui percepta medicina. Per eundem dominum. Alia oratio.

Preces noſtras qs domine clementer exaudi: & hunc electũ tuũ crucis dñice impreſſione: quã ſignam⁹: uirtute cuſtodi: ut magnitudinis glorie rudiméta ſeruãs: per cuſtodiã mádatorum tuorũ ad regenerationis gloriã puenire mereatur. p. Alia oro.

Deus q humani generis ita es conditor: ut ſis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis: & nouo teſtamento ſobolem noue plis aſcribe: ut filii tui pmiſſionis quod nõ potuerũt aſſeq per naturã: gaudeant ſe recepiſſe p gratiam. Per eundem.

¶ Benedictio ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis in nomine dei patris omnipotentis: & in charitate dñi nr̃i Ieſu chriſti: & in uirtute ſpũſ ſancti. Exorcizo te p deum uiuũ & uerum: per deum qui te ad tutelã humani generis procreauit & populo uenienti ad credulitatẽ: per ſeruos ſuos conſecrari precepit: ut in nomine ſancte trinitatis efficiaris ſalutare ſacramentum ad effugãdum inimicum: pinde rogamus te dñe deus nr̃: ut hãc creaturã ſalis ſanctificando ſanctifices: bñdicendo benedicas: ut fiat omnib⁹ accipientibus perfecta medicina pmanens in uiſcerib⁹ eorũ in nomine dñi nr̃i ieſu xp̄i qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos & ſeculũ p igné.

Accipe ſal ſapientie: p quod ppicatus ſit tibi deus in uitã eternã. Oro.

Deus patrum nr̃orum: deus uniuerſe conditor ueritatis: te ſuplices exoramus: ut hũc famulũ tuũ. N. reſpicere digneris ppitius: ut hoc primũ pabulum ſalis guſtãté nõ diuti⁹ eſurire pmitas: quominus cibo expleatur cœleſti: quatenus ſit ſemper dñe ſpiritu feruẽs. ſpe gaudens. tuo ſemper nomini ſeruiẽs: & pduc eum ad noue regenerationis lauacrũ: ut cũ fidelibus tuis pmiſſionũ tuarũ eterna premia cõſequi mereatur. Per.

Deus abrahã de⁹ iſaac. deus iacob. deus q moyſi famulo tuo in mõte ſinay apparuiſti deputãs ei angelũ pietatis tue: q cuſtodiret eos die ac nocte: te qs domine: ut mittere digneris ſanctum angelũ tuũ: ut ſimiliter cuſtodiat & hunc famulũ tuũ. N. & pducat eum ad grãm baptiſmi tui.

Ergo maledicte diabole recognoſcẽ ſentẽtiã tuã: & da honoré deo uiuo & uero: da honoré Ieſu xp̄o filio eius & ſpũi ſancto: ut exeas & recedas ab hoc famulo dei. N. quia iſtũ ſibi de⁹ & dñs nr̃ ieſus xp̄s ad ſuã ſanctã gratiã: & benedictioné: fontéq baptiſmatis dono uocare dignatus eſt: & hoc ſignum ſãcte crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte

diabole nunq̃ audeas uiolare. Per eundem. Super feminas.

Deus celi:deus terre: deˀ angeloꝝ: deus archãgeloꝝ:deˀ prophetarum deus apoſtoloꝝ:deˀ martiꝝ:deus cõfeſſorũ:deus uirginũ:deˀ omniũ bñ uiuẽtiũ:deˀ cui oĩs lingua cõfitetur omne genu flectit celeſtiũ terreſtriũ & infernoꝝ te inuoco dñe ſup hanc famulam tuam.N.ut perducere eã digneris ad gratiam baptiſmi tui. per. Super maſculos.

Deˀ imortale pſidiũ poſtulantium liberatio ſupplicũ:pax rogantiũ:uita credentiũ:reſurrectio mortuorũ: te inuoco dñe ſup hũc famulũ tuũ. N.qui baptiſmi tui donum potens: eternã cõſequi grãm ſpũali regeneratione deſiderat: accipe eum dñe: & q̃a dignatus es dicere.petite:& accipietis:q̃rite & inuenietis:pulſate & aperietur uobis:petenti pmiũ porrige:& ianuã pãde pulſanti:ut eternã celeſtis lauacri bñdictionẽ cõſecutˀ pmiſſa tui mũeris regna pcipiat.p.

Audi maledicte ſathana adiuratus per nomẽ eterni dei & ſaluatoris nñi ieſu xpi filii eius:cũ tua uictˀ inuidia tremẽs gemenſq; diſcede: nihil tibi ſit cõmune cũ ſeruo dei:iam celeſtia cogitãti renunciaturo tibi ac ſeculo tuo:& beate immortalitati uicturo: da igit honorẽ aduenĩeti ſpũi ſãcto paraclito:q ex ſũma celi arce deſcẽdẽs perturbatis fraudibˀ tuis diuino fonte purgatum pectus.ideſt ſctificatum deo tẽplum & habitaculũ perficiat:& ab oĩbus penitus noxiis preteritorũ criminũ liberatus: ſeruus dei effectus:grãs perẽni deo referat ſemper.& benedicat nomẽ eiˀ ſanctum in ſcla ſcloꝝ.Amẽ. Super foeminas.

Deˀ abrahã.deus iſaac.deus iacob. deˀ q tribus iſrael de egypta ſeruitute liberaſti: & p moyſem famulum tuũ de cuſtodia mandatorũ tuorum in deſerto mõuiſti:& ſuſannã de falſo crimĩe liberaſti: te ſupplex domine deprecor:ut liberes & hanc famulam.N.& pducere eam digneris ad grãm baptiſmi tui. De maſculis

Exorcizo te imũde ſpũs in nomĩe patris & filii & ſpũſſancti:ut exeas & recedas ab hoc famulo dei.N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate:qui pedibˀ ſuis ſupra mare ambulauit:& petro mergẽnti dexterã porrexit. Super foeminas.

Exorcizo te immũde ſpiritˀ per patrem & filiũ & ſpiritum ſanctũ:ut exeas:& recedas ab hac famula dei.N. ipſe enim tibi imperat maledicte dãnate: qui ceco nato oculos aperuit: & quatriduanum lazarum de monumento ſuſcitauit. Oratio.

Eternam ac iuſtiſſimam pietatẽ tuã deprecor dñe ſancte pater omnipotens eterne deus luminis & ueritatis ſup hunc famulũ tuũ.N. ut digneris eũ illuminare lumine intelligentie tue:mũda eũ & ſanctifica:& da ei ſciẽtiam ueram:ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui:teneat firmam ſpẽ.cõſiliũ rectũ doctrinã ſanctam:ut aptˀ ſit ad pcipiẽdam gratiam baptiſmi tui.Per xpm do.

Nec te latet ſathana imminere tibi penas:imminere tibi tormẽta.imminere tibi diem iudicii:diem ſupplicii ſempiterni: diẽ q uẽturˀ eſt uelut clibanus ardẽs.in quo tibi atq; uniuerſis angelis tuis eternus ueniet

Digitized by Google

interitus. proinde dānate atq; danā
de: da honorē deo uiuo & uero: da
honorē iesu xp̄o filio eius & spiritui
ſancto: in cuius nomine atq; uirtute
precipio tibi: quicunq; ſpiritus im/
munde: ut exeas & recedas ab hoc
famulo dei: quā hodie de⁹ & dn̄s nr̄
iesus xp̄s ad ſuā ſanctā gratiam & be
nedictionem fontemq; baptiſmatis
dono uocare dignat⁹ eſt: ut fiat eius
tēplum per aquā regenerationis: in
remiſſionē omniū peccatorū in no/
mine eiuſdē dn̄i nr̄i iesu xp̄i q̄ uentu
rus eſt iudicare uiuos & mortuos &
ſeculum per ignem.

Effeta quod eſt aperire: in odorem
ſuauitatis. Tu autē effugare diabo/
le appropicauit enim iudicium dei.

¶ Ad benedictionem aque. Orō.

OMnipotens ſempiterne deus: a/
desto magne pietatis tue miſte/
riis: adeſto ſacramentis: & ad recreā
dos nouos populos quos tibi fons
baptiſmatis parturit: ſpiritum ado/
ptionis emitte: ut quod noſtre humi
litatis gerendū eſt myſterio: tue uir/
tutis impleatur effectu. Per dn̄m.

¶ Prefatio ad benedicen
dum aquam baptiſmatis.

QVi inuiſibili potētia ſacramen/
torū tuorū mirabiliter opera/
ris effectū: & licet nos tātis miſteriis
exequendis ſimus indigni: tu tamen
grē tue dona non deſerens: etiam ad
nr̄as preces aures tue pietatis incli/
nas: deus cuius ſpirit⁹ ſup aquas iter
ipſa mundi primordia ferebatur: ut
iā tūc uirtutē ſanctificatiōis aquarū
natura cōciperet. Deus qui nocētis
mundi crimina p aquas abluens: re/
generationis ſpeciem in ipſa diluuii
effuſione ſignaſti: ut unius eiuſdēq;
elemēti myſterio: & finis eſſet uitiis
& origo uirtutib⁹. Reſpice domine
in faciē eccleſie tue: & multiplica in
ea regenerationes tuas: qui grē tue
affluentis impetu letificas ciuitatem
tuā fontemq; baptiſmatis aperis to/
to orbe terrarū gētibus innouandis:
ut tue maieſtatis imperio ſumat uni/
geniti tui gratiā de ſpū ſancto. Qui
hanc aquā regenerandis hoibus pre
paratā: archana ſui luminis admix/
tione fecūdet: ut ſanctificatione cō/
cepta: ab immaculato diuini fontis
utero in nouā renatam creaturā pro
genies cęleſtis emergat. Et quos aut
ſexus in corpore: aut etas diſcernit
in tempore: oēs in unā pariat mater
infantiam. Procul ergo hinc: iuben
te te dn̄e oīs ſpiritus immūdus abſce
dat: procul tota nequitia diabolice
fraudis abſiſtat. Nihil hic loci habe/
at cōtrarie uirtutis admixtio: non in
ſidiando circumuolet: nō latēdo ſur/
ripit: non inficiendo corrumpat. Sit
hęc ſancta innocens creatura; libera
ab omni impugnatoris incurſu: & to/
tius neqtie purgata diſceſſu ſit fons
uiuus: aqua regerans unda purifi/
cans: ut oēs hoc lauacro ſalutifero
diluēdi operāte in eis ſpū ſancto: p/
fecte purgationis indulgētiam con
ſequātur. unde benedico te creatura
aque per deum uiuū. p deū ſanctum
per deum qui te in pricipio uerbo ſe/
parauit ab arida; cui⁹ ſpirit⁹ ſuper te
ferebatur in mūdi creatione. Qui te
de paradiſo manare fecit: & in quat/
tuor fluminibus totā terrā rigare p̄/
cepit. Qui te in deſerto amarā; ſua/
uitate indita fecit eſſe potabilem: &

Digitized by Google

ſitiente populo de petra ꝑduxit: unde benedico te p ieſum xp̄m filiū ei⁹ unicū dn̄m nr̄m: qui te i chana galilee ſigno admirabili ſua potētia conuertit in uinū. Qui pedibus ſuper te ambulauit. & a ioanne in iordane in te baptizatus eſt. Qui te una cū ſanguine de latere ſuo ꝑduxit: & diſcipulis ſuis iuſſit: ut credentes baptizarētur in te dicens. Ite & docete oēs gentes baptizantes eos in nomine patris & filii. &c. Oratio.

Hec nobis p̄cepta ſeruātibus tu de⁹ omnipotēs clemēs adeſto: tu benignus aſpira: tu has ſimplices aq̄s tuo ore benedictio. ut preter naturalem emūdationē quā lauādis poſſint adhibere corporib⁹ ſint etiā purificādis tibi mentibus efficaces. Oratio.

Deſcēdat in hāc plenitudinē fontis uirt⁹ ſpūſſancti: totāq; eius ſubſtantiā regenerandi fecūdet effectu: hic omniū pc̄tōꝝ macule deleātur: hic natura ad imaginē tuā cōdita & ad honorē ſui reformata principii cunctis uetuſtatis ſcaloribus emūdetur ut oīs homo hoc ſacramētum regenerationis ingreſſus in uere innocētie nouā infantiā renaſcatur. Per.

Sanctificetur & fecūdetur fons iſte renaſcētib⁹ ex eo i uitā eternā. In nomine p̄ris & filii & ſpūſſancti. Amē.

Abrenūcias ſathane & oibus operibus ei⁹? abrenuncio. Et ego te lineo oleo ſalutis in xp̄o ieſu dn̄o noſtro: ut habeas uitā eternā & uiuas in ſecula ſeculorum. Amen.

De⁹ oipotēs p̄r dn̄i nr̄i ieſu xp̄i q te regenerauit ex aq̄ & ſpūſſc̄tō: quiq; dedit tibi remiſſionē omniū pc̄torū: ipſe te lineat in uitā eternam.

Accipe ueſtē ſanctā candidā & imaculatā: quam perfetas ante tribunal dn̄i nr̄i ieſu xpi ut habeas uitam eternam & uiuas in ſecula ſeculorum.

Accipe lāpadē ardētē irreprehēſibilē cuſtodi baptiſmum tuum: ut cum uenerit dn̄s ad nuptias cum omnibus ſanctis poſſis ei occurrere in aula cæleſti: ut habeas uitam eternam & uiuas in ſecula ſeculorum.

Dominica in ramis palmarū benedictiones ſup ramos.

Deus cui⁹ filius ꝑ ſalute generis hūani de celo deſcendit ad terras: & appropinquāte hora paſſiōis ſue hieroſolyma in aſina uenire & a turba rex appellari ac laudari uoluit: bn̄dicere dignare hos palmarum cetterarūq; frondium rāmos: ut oēs q eos leturi ſunt in man⁹ ſuas: tuis: ita bn̄dictionibus repleātur: q̄tinus & in hoc ſeculo hoſtes antiq teſtamenta ſuperare: & in futuro cum palmis uictorie: & fructu bonorū operū: tibi ualeant apparere. Alia oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui noe famulo tuo oſtendiſti diluuii effuſionem: & per os columbe geſtantis ramum oliue pacem terre redditā nunciare uoluiſti: te ſupplices deprecamur: ut hanc creaturam oliuarū ſiue ceterarum frondium quam ante cōſpectum glorie tue offerimus: potētia tua ſanctifices: ut eas deuot⁹ populus in manibus ſuſcipiens benedictionis tue gratiam conſequi mereamur. Alia oratio.

Petimus te dn̄e ſc̄tē pater op̄s eterne deus: ut reſpicere digneris ſuper han creaturam oliue & palme ceterarumq; frondium: quā ex ligni ma

teria pducere iuſſiſti: cū columba re
diens archam propio protuliq; ore:
benedicere & ſanctificare digneris
hos ramos: ut quicunq; ex eiis acce/
perit: ſibi ad pfectionē anime & cor
poris & fiāt nr̄e ſalutis remedium &
tue gratie ſacramētū. Alia oratio.
Omnipotens ſempiterne de⁹: q diſ
perſa congregas: & congregata cō/
ſeruas: qui populis hominum & ra/
mos portantibus benedixiſti: bn̄dic
hos ramos palme & oliue ceterarūq;
frōdium: quos filii tui ad honorem
nominis tui ſuſcipiunt: ut quocunq;
loco introducti fuerint: tue benedi/
ctionis cōſequātur effectum: ut om
ni aduerſa ualitudine effugata dex
tera tua protegat: quos redemit.
Per dominum. Alia oratio.
Deus eterne unigenitor: q unige/
nitum tuum dn̄m nr̄m ieſum xpm
a hierico mōteq; oliueti ad hieruſa/
lē direxiſti: cui mirabiliter in uia alii
ramos de arboribus cedētes: alii oli
uarum: alii palmas in manibus ferē/
tes. In quibus etiā tria myſteria deſi
gnantur: ueſtimenta fidei: q̄ eſt inte/
gritas. ingreſſio. chriſti. crudelitas
omnium ramus oliuarū uiridis: ſen
ſus ueteris teſtamēti. p foliū: liquor
oliue unguētū chriſmatis ad purgā/
dum animas per lauacrum regene/
rationis deſignatur. & per palmam
uictoria credentium: a te turbā inſti
tutā credimus: q clamantes oſanna
in excelſis: ideſt ſaluifica ſiue ſalua
nos ſaluator noſter qui es defenſor
& protector animaꝝ nr̄aꝝ: omniūq;
ſperātium in te: ideo ſupplices te de
precamur ops eterne deu⁹: ut hos ra
mos ſeu ſegetes & germina ſanctifi
care digneris. ut in quocunq; loco
portari fuerint: ſanctificati efficiā/
tur. ut omnis iniquitas illuſiōib⁹ de/
monioꝝ abſcōdat: & ſola nobis dex
tera tua auxiliū pſtare dignetur. p.

Sequuntur decem pre
cepta decalogi.
In tabulis binis lex
eſt de picta patrinis.

Vnam cole deum. ne iures
uana per illum.
Sabbata ſanctifices. charos uenera/
re parentes.
Noli mechari. noli de cede notari.
Furta caue fieri. non ſis teſtis niſi/
ueri.
Non cupias nuptias. nec queras res
alienas.

De ſeptem articulis diuinatis.
Articulus prim⁹ monſtrat q ſit unus
deus.
In patremq; ſequens dicit q credere
debes.
Tertius in natum te cogit credere
chriſtum.
Quartus te cogit in ſanctum crede
re pneuma.
Credas in quinto deitate cūcta cre/
aſſe.
Sextus ait crede. dominus peccata re
mittet.
Omnes ſurgemus ſeptenus dicit a/
petre.

De ſeptē articulis humanitatis.
Conceptus. natus. paſſus. deſcendit
ad ima.
Surgit. & aſcendit. ueniet diſcernere
cuncta.

De ſeptem ſacramentis eccleſie.
Abluo. firmo. cibo. piget. uxor. or/
dinat ungit.

Digitized by Google

¶ De ſeptem operibus.
miſericordie ſpiritualibus.
Coſule.carpe.doce.ſolare.remitte.
fer.ora.
¶ De ſeptem operib' miſericordie
corporalibus.
Viſito.poto.cibo.redimo.tego.co/
lligo.codo.
¶ De ſeptem peccatis.
mortalibus.
Laudis. amore.tumens.miſeraq; cu
pidine.auarus.
Inuidus.iracūdus. iners. guloſus.
amator/
¶ De tribus uirtutibus/
theologicis.
Chriſtole uirtus amor eſt tibi.
ſpeſq;.fideſq;.
¶ De quattuor uirtutibus
cardinalibus.
Eſt iuſtus.fortis.eſt prudēs atq; mo/
deſtus.
¶ De quinq; ſenſibus corpo
reis.
Viſus.odoratus : cum guſtu:tactus.
& auris.

¶ Incipiūtur lectiones pro defunctis.

Lectio prima.

Parce mihi domine:nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo quia magnificas eum : aut quid apponis erga eum cor tuum/ Viſitas eum diliculo: & ſibito probas illū. Vſq;quo non par/cis mihi:nec dimittis me:ut glutiam ſaliuam meam. Peccaui. Quid faciam tibi:o cuſtos hominum. Quare me poſuiſti contrarium tibi:& factus ſum mihi metipſi grauis. Cur nō tollis peccatum meum:& quare non aufers iniquitatem meam. Ecce nunc in puluere dormiā & ſi mane me queſieris non ſubſiſtam. ℟. Credo ꝙ redemptor meus uiuit: & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et in carne mea uidebo deum ſaluatorē meū. ℣. Quē uiſurus ſum ego ipſe & non alius & oculi mei conſpecturi ſunt.

Lectio ſecunda.

Tedet animā meā uite mee : dimittā aduerſum me eloquiū meum. Loquar in amaritudine anime mee : dicam deo. Noli me condēnare. Indica mihi: cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi uidetur ſi calūnieris & oprimas me. opus manuum tuarū & conſilium impiorum adiuues. Nūquid oculi carnei tibi ſūt aut ſicut uidet homo & tu uides. Nunquid ſicut dies hominis dies tui:& anni tui ſicut humana ſunt tēpora. Vt queras iniquitatem meam: & peccatū meū ſcruteris. Et ſcias quia nihil impium fecerim:cum ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere. ℟. Qui lazarum reſuſcitaſti a monumento fetidum. Tu eis domine dona requiem & locum indulgentie. ℣. Qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos & ſeculum per ignem.

Lectitio tertia.

Manus tue fecerunt me & plaſmauerũt me totũ in circuitu & ſic repẽte ꝓcipitas me. Meméto queſo ꝙ ſicut lutũ feceris: & in puluerẽ reduces me. Nõne ſicut lac mulſiſti me: & ſicut caſeũ me coagulaſti? Pelle & carnibꝰ ueſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me. Vitã & miſericordiã tribuiſti mihi: & uiſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. ℟. Requiem eternã dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Anime eorũ in bonis demorentur & ſemen eorum hereditet terram.

Lectio quarta.

Reſpõde mihi: quãtas habeo iniquitates & pctã: ſcelera mea & delicta oſtẽde mihi. Cur faciẽ tuã abſcõdis: & arbitraris me inimicũ tuũ? Cõtra foliũ qd͛ uẽto rapit͛ oſtẽdis potẽtiã tuã: & ſtipulã ſiccã pſequeris. Scribis enĩ cõtra me amaritudines: & cõſumere me uis peccatis adoleſcẽtie mee. Poſuiſti in neruo pedẽ meũ: & obſeruaſti oẽs ſemitas meas: & ueſtigia pedũ meorũ cõſideraſti. Qui quaſi putredo cõſumẽdus ſum: & q̃ſi ueſtimẽtũ qd͛ comedit͛ a tinea. ℟. Heu mihi dñe quia peccaui nimis i uita mea. qd faciã miſer ubi fugiã niſi ad te deꝰ meꝰ miſerere mei. Dũ ueneris in nouiſſimo die. ℣. Anima mea turbata eſt ualde: ſed tu dñe ſucurre ei.

Lectio quinta.

Homo natꝰ de muliere breui uiuẽs tẽpore: repletꝰ multis miſeriis. Qui q̃ſi flos egredit͛ & cõterit͛. & fugit uelut umbra: & nũquã i eodem ſtatu permanet. Et dignũ ducis ſup huiuſcemodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecũ in iudicio. Quis poteſt facere mũdũ de imũdo cõceptũ ſemine: nõne tu qui ſolus es? breues dies hoĩs ſunt: & numerus menſiũ eiꝰ: apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius: q̃ pteriri nõ poterunt. Recede ergo paululũ ab eo: ut quieſcat donec optata ueniãt: & ſicut mercenarii dies eius. ℟. Ne recorderis peccata mea dñe. Dũ ueneris iudicare ſeculum per ignẽ. ℣. Dirige domine deus meus in conſpectu tuo uiam meam.

Lectio ſexta.

Quis mihi hoc tribuat in inferno protegas me: & abſcondas me donec ptranſeat furor tuus. & cõſtituas mihi tẽpus in quo recorderis mei? Putaſne mortuꝰ hõ rurſum uiuat. Cũctis diebꝰ quibꝰ nunc multo expecto donec ueniat immutatio mea. Vocabis me & ego reſpõdebo tibi. Operi manum tuarũ porriges dexterã. Tu qdẽ greſſus meos dinumeraſti ſed pce peccatis meis ℟. Libera me dñe de uiis inferni q portas ereas cõfregiſti: & uiſitaſti ifernũ. & dediſti eis lumẽ. Vt uiderẽt te q erãt in penis tenebrarum. ℣. Clamantes & dicentes aduenisti redemptor mundi.

Digitized by Google

Lectio ſeptima.

SPiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: & ſolum mihi ſuper eſt ſepulchrum. Non peccaui: & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine: & pone me iuxta te: & cuiuſuis manus pugnet contra me. Dies mei tráſierunt cogitationes mee diſſipate ſum torquétes cor meũ Noctem uerterunt in diem: & rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero infernus domus mea eſt: & in tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi: pater meus eſt: mater mea & ſoror mea uermib⁹. Vbi eſt ergo nunc preſtolatio mea & patientia mea? Tu es eñ dñe deus meus ℞. Peccante me quotidie & non me penitente timor mortis cõturbat me. Quia in inferno nulla eſt redemptio miſerere mei deus & ſalua me. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: & in miſericordia tua libera me.

Lectio octaua.

PElli mee conſumptis carnib⁹ adheſit os meum: & derelicta ſunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem uos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare ergo perſequimini me ſicut de⁹: & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det ut exarẽtur in libro ſtilo ferreo & plũbi lamina uel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim ꝙ redemptor me⁹ uiuit & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rurſum circũdabo᷑ pelle mea: & in carne mea uidebo deum ſaluatorem meum. Quẽ uiſurus ſum ego & ipſe: & oculi mei conſpecturi ſunt & *non alius*. Repoſita eſt ergo hęc ſpes mea in ſinu meo. ℞. Memento mei deus quia uent⁹ eſt uita mea. Nec aſpiciet me uiſus hominis. ℣. De profundis clamaui ad te domine: exaudi uocem meam.

Lectio nona.

QVare de uulua eduxiſti me: qui utinam conſumptus eſſem ne oculus me uideret? Fuiſſem quaſi qui non eſſem de utero tranſlatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me domine ut plangam paululum dolorem meum: anteq̃ uadam & nõ reuertar ad terram tenebroſam: & opertam mortis caligine. Terram miſerie & tenebrarũ ubi umbra mortis & nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat. ℞. Libera me domine de morte eterna *in die* illa tremenda: quando celi mouendi ſunt & terra. Dum ueneris iudicare ſeculum per ignem. ℣. Dies illa dies ire calamitatis & miſerie dies magna & amara ualde. ℣. Tremés factus ſum ego & timeo dum diſcutio aduenerit adq̃ uentura ira.

Digitized by Google

ℭ Iſagogicon de penitẽtia: pueris non inutile.

PENITENTIA QVOD EST? PECCATI COMMIS
ſi cum intima cordis cõtritione & firmo amplius non pec-
cãdi ꝓpoſito: emẽdatio. Quis eſt penitẽtie effectus? Penitẽ
tia angelos letificat: impius iuſtificat. amiſſa bona reuocat
& ad uitam eternã inuitat. Quod ſũt recte penitẽti neceſſa-
ria? Quinq;. Que? uenie ſpes: cordis cõtritio: culpe cõfeſſio. eoꝝque ſacer
dos fieri iuſſit cõplectio: peccati fuga. Quomodo peccatũ uitat? peccã-
di occaſionẽ cauẽdo ut pote uoluptatẽ: ludos: ſpectacula: prauũ ſodalẽ
& id genus reliq̃. Cui nihil dimittitur? Qui neq; dimittit aliis neq; ablata
pro uirib⁹ reſtituit. Qui id ꝓbas? Nã in dominica oratione dicitur dimit
te nobis debita nr̃a ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ nr̃is. Et diu⁹ augu
ſtinus ait. Nõ dimittitur peccatũ: niſi reſtituatur ablatũ. Ergo qbuſcũq;
malefecimus uerbo uel opere pro parte uirili ſatiſfaciam⁹: & quicqd odii
in quẽuis concepimus: erradicem⁹: ut cõfeſſio nr̃a ſit deo accepta. Quid
eſt confeſſio? cõfeſſio eſt corã ſacerdote idoneo: uel extrema i neceſſita-
te corã quouis peccatorũ declaratio. Qualẽ decet eſſe cõfeſſionẽ? uerã:
de dropriis peccatis: integrã: ſitã: frequẽtemq; firmã: modeſtã: uolũtariã
apertam: cũ mora ut plane intelligatur: cũq; ſufficienti cõtritione: ita ut
hominẽ talia feciſſe multũ peniteat: cũ firmo amplius nõ peccãdi: & de-
inceps penitẽtiã agẽdi ꝓpoſito. ℭ Quid cõfiteri uolẽti agendũ eſt? Ante
omnia ſecũ in cubiculo: aut celula: uel alio ſeceſſu ſepe & multũ ſecũ co
gitet: ubi. quomodo: quãdo: cũ quib⁹: quotiens: & q̃ enormiter peccaue-
rit: an locutiõe: an cõſenſu: an uolũtate: an opere. Quid boni omiſerit:
quod factũ oportuit. Nec ſatis putet ſi mentitũ fuiſſe fateatur ſed q̃ in te-
qđ mali attulerit mẽdatium explicet: nec ſolũ dicat peccaui in gulla: ſed
addat quãtu an ebri⁹ fuerit: an uomuerit &c. Idq; ubi & quotiẽs &c. Vbi
autem quis ſecũ omnia dilligẽter diſcuſſerit: & pẽſiculauerit. Tũc demũ
cum magna reuerẽtia: nõ tanq̃ fabulã recitatur⁹ adeat ſacerdotẽ: facto
ſigno ſancte crucis dicat. Benedicite. Deinde poſt pauca uerba ſacerdo
tis ita pergat. Confiteor deo coeli: & beate marie uirgini: & omnib⁹ ſan
ctis dei: & tibi pater: quia ab hora qua peccare potuit in preſentẽ diẽ pec
caui nimis cogitatione locutione & opere. Mea culpa mea maxima cul
pa. Hinc incipiat dicere quomodo peccauerit. primum cogitatione dei-
de locutione. poſtremum opere & omiſſione. Opere in peccatis mortali
bus. in peccatis contra ſpiritum ſanctũ. &c. Omiſſione in mãdatis: ope-
ribus miſericordie. &c. Que omnia paucis mox aperiam. Vbi autẽ que
cunq; nouerit confitens ſacerdoti diligenter declarauerit: addet. Quo-

Digitized by Google

cunq modo ego miſerrimus peccator in his omnibus peccauerim. dico meam culpam: & rogo a deo ueniam: & precor beatiſſimã uirginẽ ma/riam cũ omnib⁹ ſanctis: & te pater ut oretis pro me dominũ ieſum chriſtum peccatorum meorũ ueniam: ſi plura occurrerẽt: libenter cõfiterer. A te autem pater mi ſuppliciter peto: ut a peccatis me abſoluas: & ſacro/ſancte eccleſie me reſtituas. Quid eſt peccatũ? Precepti diuini inobediẽtia. Quid eſt delictum? Eſt boni quod fieri oportuit omiſſio: ſed differẽ/tia peccati & delicti plerũq cõfunditur. Quotuplex eſt peccatum? Tri/plex? Quomodo? Originale a ꝓtoplaſto: quod baptiſmate deletur: ue/niale quod uenia nõ caret etiã ſine cõfeſſione. Et mortale quod ſine confeſſione & penitentia ad eternam mortem ducit. Quod ſunt peccata mortalia? Septẽ: que? Superuia: ira: inuidia: gula: luxuria: acidia & aua/ricia. Que ſunt peccata in ſpũm ſanctũ? Pertinax agnite ueritatis impugnatio. Quia deus miſericors eſt peccatis. uenie a deo impetrãde deſpe/ratio: in malis obſtinatio. ꝓximi uirtutis odium & inuidentia: penitẽtie contemptus. Que ſunt peccata aliena? Ad mala patranda iuſſio: irrita/tio: conſenſus: cõſiliũ: laudatio: permiſſio: confugium: & participatio. Que ſunt peccata coram deo uindictam poſcentia aut clamantia. ho/micidiũ peccatũ ſodomiticũ: uel contra naturã pauperũ oppreſſio: mercedis detẽtio. Que ſunt circũſtantie pctã aggrauãtes? Ordo locus: ſcientie: temp⁹: etas: cõdicio: numerus: mora: copia: cauſa: modus: dignatas: puſilla: reſiſtentia. ¶ Quod ſunt fidei articuli? duodecim. qui? In apo/ſtolorum ſymbolo hunc in modum qui ſi locantur.

¶ Petrus. Credo in deum patrem omnipotentem creatorẽ celi & terre. ¶ Andreas. Et in ieſum chriſtũ filiũ ei⁹ unicũ dñm nrm. ¶ Iacob⁹ maior. Qui cõcept⁹ ẽ de ſpũ ſctõ: nat⁹ ex maria uirgine. ¶ Ioãnes. Paſſus ſub põtio pilato: crucifixus mortu us & ſepult⁹. ¶ Thomas. Deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis. ¶ Iacobus minor. Aſcẽdit ad celos: ſedet ad dexterã dei patris omnipotentis. ¶ Philipp⁹. Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. ¶ Bartholome⁹. Credo in ſpiritũ ſanctum. ¶ Mattheus. Sanctam eccleſiam catholicam: ſanctorum cõmunionem. ¶ Simon. Remiſſionem peccatorũ. ¶ Iudas thade⁹. Carnis reſurrectionem. ¶ Mathias. Vitam eternam. Amen.

¶ Quod ſũt eccleſie pcepta? quinq. que? Feſtis audire ſacrificiũ quã miſ/ſam uocant. Semel ut minimũ unoquoq anno confiteri. Sacrã euchariſtiã reuerẽter paſchate ſumere. Feſta publica celebrare: ieiunia quattuor temporum cũ uigiliis & q̃dragesima diligẽter obſeruare. Quod ſunt ſacramẽta? Septẽ: q? Cõiugiũ: ſacerdotiũ: baptiſm⁹: cõfirmatio. ſacroſancta euchariſtia: cõfeſſio: poſtrema unctio. Quod ſũt dona ſpũſſcti? ſeptẽ: q? ſapiẽtia: ſciẽtia: itellect⁹: cõſiliũ: fortitudo: pietas: timor dñi. Quot ſũt opera miſericordie ſpiritualia? ſeptẽ. q? Peccãtẽ corrigerẽ. dubitanti

tecte conſule. ignorātē docere. meſtū cōſolari. iniurias ferre. delinquenti ignoſcere: p ſalute pximi orare. Quot ſunt corporalia mīe opera? Septē: que? Egrotos uiſitare: egrum neceſſariis donare. captiuū redimere. nudū ueſtire. peregrinū hoſpitari. morū ſpelire: & ut ſummatim dicā, cūctis miſeriis ſubuenire. p uiribus & cōpati. Quot ſunt beatitudines? Octo: que? Cōtinētur pulchre in his dei nrī ieſu xpi uerbis mellitiſſimis ¶ Beati pauperes ſpiritu: quoniā ipſorū eſt regnū coelorum. ¶ Beati mites: qm̄ ipſi poſſidebūt terrā. ¶ Beati qui lugēt: qm̄ ipſi cōſolabūtur. ¶ Beati qui eſuriū & ſitiūt iuſticiā: qm̄ ipſi ſaturabūtur. ¶ Beati miſericordes: qm̄ ipſi miam conſequētur. ¶ Beati mūdo corde: qm̄ ipſi deū uidebunt. ¶ Beati pacifici: qm̄ ipſi filii dei uocabuntur. ¶ Beati q perſecutionem patiuntur propter iuſticiam: qm̄ ipſorum eſt regnum coelorum. ¶ Quot ſunt uirtutes cardinales. quattuor. que. Iuſticia. prudentia. tēperātia. fortitudo. Quot ſunt uirtutes theologice. tres. que. Fides. ſpes. charitas. Quot ſunt ſenſus. quinq̧. que. Viſus. auditus. olfatus. guſtus. tactus. Quot ſunt antique legis precepta. decem. que. his Aldi uerſibus que declarantur elegantiſſime.

.i.ex toto corde. .i.honora.
Mente deum tota uenerare: & ſemper adora.

Precepta decalogi ſunt decem: q̄ habētur in exodo. capite viceſimo. Primū preceptum eſt. Non habebis deos alienos coram me.

.i.ſine optima cā ſup.per. .i.maieſtatē .i.diuorū dei: ſcȝ & ſanctorum.
Non iures fruſtra ſanctiſſima numina diuum.

Secundum preceptum. Non aſſumes nomen domini dei tui in vanum. Nec enim habebit in ſontem dominicus eum qui aſſumpſerit nomen domini dei ſui fruſtra.

.i.preterea .i.ali.quid.i.operari.
Hinc caueas feſtis quicq̄ exercere diebus.
.i.prohibitum. ſup.tu .i.multum honora patrem & matrem.
Quod uetitum eſt Magno pius affice honore parentes.

Tertium preceptum eſt. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. i. omnē diē feſtū: quē publice celebrari ſancta eccleſia precipit. Quartum preceptum eſt: honora patrem tuum & matrem tuam: vt ſis longeuus ſuper terram.

.i.interficias .i.falſus.
Non hominem occidas. Nunq̄ furare: malignus.
.i.et ſup.tu.i.caue.
Eſſe caue teſtis Necnon bonus effuge lectum.
.i.violare.ſup.bōs .i.nuptias.i.maculare.i.maritales.
Concutere alterius. Tędas foedare iugales.
.i.non ſolum ne per legem.
Non modo neu turpis ſis lege iuberis adulter.
Sed nupta quidem alterius tibi mente petatur.

.ſ.vt. .ſ.cupiuiſſe.

Cuncta aliena (bonus quo ſis) cupiſſe caueto.

Quintum preceptum. Non occides. Sextum. Nō moechaberis. Septimū. Non furtū facies. Octauum. Non loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Nonum. Non concupiſces domum proximi tui. Decimum. Nec deſiderabis vxorem eius non ſeruum. non ancillam. non bouem. non aſinum: nec omnia que illius ſunt. Teda eſt fax. ſponſe cum tedis nubentes ad maritum nocte ducebantur: vnde vir ducere vxorem dicitur: & tedas pro nuptiis capimus.

Hec quicunq; decem ſummi precepta tonantis.

.i.chriſtianus. .ſ.ſeruauerit. .ſ.moleſtiis abſolutus.

Chriſticola ut debet ſeruarit: carcere liber.

.ſ.ad regnum celorum. .ſ.illico aſcendet.

Corporis ad coeli foelicia recta uolabit.

.ſ.illaris .ſ.perpetue qui caret. .ſ.fructur gaudio.

Letus & eternum cariturus morte quieſcet.

Quiſquis chriſtianus dominum deum ſuum ex toto corde ſuo: & ex tota anima diligens hec decē omnipotentis dei mandata ſeruauerit: ex lachrimarū valle ad vitam ducetur eternam: quam nobis donare dignetur mitiſſimus dñs deus noſter ieſus xps. Amen.

Idem.

Ingratus ne ſis iuuenis quin pectore toto
Per ſoluas grates qui tibi preſſit opus.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google